STIRPIUM PRÆCIPUARUM LITTORIS ET AGRI NICÆENSIS ENUMERATIO...

Carlo Allioni

STIRPIUM
NICÆENSIS
ENUMERATIO METHODICA;

by Google

STIRPIUM PRÆCIPUARUM LITTORIS ET AGRI NICÆENSIS ENUMERATIO METHODICA; CUM ELENCHO ALIQUOT ANIMALIUM Ejuſdem Maris:

A Carolo Allionio; Phil. & Med. Doct. Taurinenſi, Inſt. Sc. Bonon. & Acad. Reg. Matrit. Sod. atque Societ. Monſpeſ. Gotting & Florent. &c.

PARISIIS,

AD RIPAM AUGUSTINORUM,

Apud Claudium-Joannem Baptiſtam Bauche, Bibliopolam, ad inſigne ſanctæ Genovefæ & ſancti Joannis in deſerto.

M. DCC. LVII.

Cum Privilegio Regis & Approbatione.

PRÆFATIO.

ACCURATUM, & diligens Naturalis Hiſtoriæ ſtudium ad abſolutam perfectamque artis Medicæ notitiam comparandam ſummopere neceſſarium eſſe, ſemper exiſtimavi; adeò ut præſtantiſſima cæteroquin ſcientia, & ad hominum ſalutem procreata, ſine illo conſiſtere, & rite exerceri nequeat. Et ſanè ipſa recta ratio nos docet, cæcutire Medicum oportere, atque in errorem ſæpius labi, niſi res omnes, quibus medicamenta parantur ad morborum curationem, probè dignoverit, earumque naturam, indolem, proprietates attentâ inveſtigatione ſit proſecutus. Quapropter ab illo primùm tempore, quo ad Medicam facultatem comparandam animum converti, naturalium quoque rerum ſtudium vehementi ardore amplexus ſum, &

nunquam intermiſſâ operâ, curavi, ut eorum omnium, quæ Naturalis Hiſtoria complectitur, inſtructam haberem ſupellectilem, ſive ab exteris remotiſque regionibus paranda eſſet, ſive a patrio ſolo majori cum voluptate haurienda. Ne verò perperam foris quærerem, quæ domi præſto eſſent, curam omnem & diligentiam adhibui, ut quæ patria tellus uberrimo ſuo ſinu continet, mihi innoteſcerent; eò vel maximè, quòd ad vitæ noſtræ commoda, utilitatemque peculiariter a D. O. M. *tributa videantur, & conſentaneum omninò ſit in iis primùm verſari, quæ ad nos proprio quodam jure ſpectant, noſtramque operam expoſtulant, ut in apto lumine collocentur. Nullis idcirco laboribus, nullis impenſis, nullis peregrinationum incommodis fractus aut retardatus, poſtquam Taurinenſem agrum frequenti percurſione luſtraſſem, altiſſimas, quibus undique regio hæc noſtra ſtipatur, Alpes rebus ſingularibus præditas decimum adii, præruptaque ſaxa & nivoſa juga conſcendi, ut lautam mihi plantarum, aliorumque ſegetem compararem. His autem itineribus non exiguam Sabaudiæ partem, Veſulum montem, & utrum-*

que Cenisium, editissima juga Feneſtrellarum & Exiliarum arcibus imminentia, Valdenſium Alpes, nec non Valdeſianas, Vinadienſes, & Lantii peragravi. Præterea Aſtenſis Provinciæ colles, Bugellenſes montes, totumque fermè Pedemontanum agrum, modò datâ operâ, modò nactâ opportunitate pervagatus ſum. Animus erat ad remotiores Provincias deinceps iter dirigere, & plura alia loca adhuc inacceſſa perluſtrare, ut naturalem ſubalpinæ hujus regionis hiſtoriam mihi, cæteriſque hujus doctrinæ cultoribus perutilem, aliquando ſiſtere poſſem. At plures cauſæ, quas omnes recenſere ſupervacaneum foret, votis meis adverſatæ ſunt, meque à ſuſcepto opere abduxerunt. Aliquot enim abhinc annis aucto, paulatim ægrotantium numero, qui operam meam efflagitabant, clinicis curis adeò diſtentus ſum, ut peregrinationes amplius inſtituere nequirem. Quæ interim ſupererant abſolvenda itinera, ea non curſim, neque brevi temporis intervallo perfici poterant; ſed cum ad remotiores Provincias peragenda eſſent, diuturnam ab urbe abſentiam poſtulabant. Acceſſerunt benigna Amicorum conſilia, qui ſua-

A iij

debant, ſatis me in iis ſtudiis tractandis verſatum fuiſſe, magnoſque ſumptus ac labores impendiſſe ſine ullâ, præter ſcientiam, fructûs ſpe, quocirca temporum & fortunæ conditioni conſulendum jam eſſe, atque ægrotantium morbis curandis ſedulam operam adhibendam. Optimis hiſce conſiliis obſequendum cenſui, quamque in Hiſtoriæ Naturalis ſtudio poſueram diligentiam, totam ad practicas obſervationes converti, nec niſi ſubceſſivas aliquot horas in naturalium rerum inveſtigatione poſtea inſumendas duxi, quod graviorum ſtudiorum laborumque dulce levamen, ac jucundum ſolatium foret. A ſuſcipiendis igitur itineribus abſtinui, ſi breviſſima quædam excipias, vel relaxandi animi causâ, vel neceſſitate quâdam confecta, quorum occaſione res omnes, quæ ſeſe offerebant, naturæ ſpeculator perſcrutatus ſum, ut quæ in meum uſum converterem. Ab amicis etiam multa mihi comparare licuit, quorum curæ ſæpius committebam nonnullarum plantarum collectiones, quas propriis ipſe in locis, ubi naſcerentur, peragrando obſervare atque decerpere non poteram. Atque huic quidem diligentiæ præſens opuſculum debeo, in quo quid ami-

eorum, quid mea præſtiterit opera, ſigillatim indicabo.

Habebam amicitiâ conjunctum Virum optimum Joannem-Baptiſtam Giudice Nicœnſem, qui cùm maximâ Botanicæ Scientiæ adipiſcendæ cupiditate flagraret, in inſtitutis per Taurinenſem agrum excurſionibus pluries ſeſe mihi comitem adjunxerat. Hunc, cùm in patriam ſe reciperet, Epiſcopo à ſecretis futurus, ſummopere hortatus ſum, ut quotieſcumque per tempus liceret, ſive levandi animi gratiâ deambulatum iret, ſive proprii muneris causâ iter aliquod ſuſciperet, ſtirpes in eo territorio naſcentes legeret, collectaſque in duplici libello concludere satageret, quorum unum deinde ad me mitteret, alterum apud ſe retineret, iiſdem in utroque ſtirpibus, eodemque numero & ordine collocatis. Ipſe interea pollicitus ſum, me receptis ſtirpibus, uniuſcujuſque nomen, claſſem & differentias indicaturum, eodem numero & ordine ſervato, ut proprio libello inſcribere poſſet. Placuit amico cariſſimo excogitata hujus conſilii ratio, ac pro virili conatus eſt Botanicum hocce utiliſſimum commercium fovere, omnemque profectò deſiderii mei expectatio-

nem explevit. Cùm igitur Auguſtâ Taurinorum diſceſſiſſet exeunte Auguſto anni 1750. *ut Nicæam proficiſceretur, iter, quod per Alpes habendum erat, pedibus confecit, rarioribus plantis, quæ obvenerent, legendis intentus. Poſtquam vero Nicæam perveniſſet, ſingulis annis, quibus ibidem commoratus eſt, collectarum ſtirpium faſciculum mittere nunquam intermiſit. Ac primo quidem accepto, dum eo comprehenſas plantas expenderem, plures non adhuc viſas rariſſimaſque ingenti ſanè gaudio perfuſus deprehendi. Quapropter, ut eas apte definire poſſem, atque in meum uſum deſcribere, amico demandavi, ut præter exſiccatæ plantæ ſpecimina ſemina etiam mitteret, atque natalem cujuſque locum adnotaret, quod ſequentibus annis ſtudioſe perfecit. Semina poſtquam perlata eſſent, in hortulo meo terræ commiſi, ſummaque diligentiâ excolenda curavi, non ſine maximâ utilitate, utpote quod eâ ratione aliquas, aut plane novas, aut perraras, minuſve notas herbas accurato examini ſubjicere licuerit. Nonnullæ, profectò in arenoſo maris littore ortæ, eidemque ſolo exili & macro aſſuetæ, culturam omnem reſpuerunt, quan-*

tamlibet curam adhibuerim: verùm ut eas maturiùs expenderem, novas adhuc radicibus inſtructas ab amico poſtulavi. Ineunte itaque Vere præter inſignem ſiccatarum ſtirpium & ſeminum copiam, virides quoque plantæ nonnullæ miſſæ ſunt, additâ ſimul Echinorum, Cochlearum, aliorumque corporum, quæ ad maris Nicæenſis littora occurrunt, collectione præclara. Hæc ab eo munera cùm accepiſſem, tertio jam labente anno, quo Niceæ commorabatur, Taurinum reverſus eſt, ſtatimque ad mei amplexum currens, plures adhuc rariores ſtirpes poſt tertii faſciculi miſſionem a ſe collectas innuit, quas mihi traditurus eſſet, poſtquam res ſuas recepiſſet. Paucos interim dies Taurini moratus, Cilianum ſe contulit, ſuaviſſimum ibi amicum viſurus; Ciliano deinde Javenum perrexit, ab amico altero gravi morbo laborante rogatus, ut ſibi opem ac levamen ferret. At cùm ille diuturnâ ægritudine confectus demum interiret, acerbiſſimo animi ſenſu atque dolore affectus eſt D. Giudice; cùmque maximi labores in amici ægrotatione ſuſcepti ejus corporis vires debilitaſſent, & mæror animum exederet, in dirum peripneumoniæ morbum incidit,

quo ingraveſcente, intra paucos dies è vivis ſublatus eſt cum ingenti amicorum omnium dolore & luctu. Sedulam interea operam dedi, ut quas ille congeſſeras plantas, integras incolumeſque ſervarem, atque in meam poteſtatem redigerem: quod ex voto ſucceſſit, & plures quidem à me traditas ſtirpes, alias à ſe in Taurinenſi agro lectas, Nicaenſes, quarum mihi copiam fecerat, & quas faſciculi quarti loco paraverat: denique non paucas Nicaenſis ſoli proprias, quas cùm geminatas non haberet, apud ſe retinuerat, inveni.

Ampliſſimâ hác ſelectarum, optimèque exſiccatarum Nicaenſium ſtirpium acceſſione, meam collectionem inſigniter locupletatam deprehendi: imperfectis meliora ſpecimina ſubſtitui; multaſque plantas invicem conferre & comparare valui, ut præcipua & conſtantiora earumdem diſcrimina obſervarem. Tunc vero viſa eſt mihi lauta hæc herbarum congeries ad eum numerum redacta, ut peculiari tractatione illuſtrari mereretur.

Quapropter omnia iterùm expendere viſum eſt; cumque novas obſervationes in hortulo meo haberem, & ex amici epiſto-

lis, quæ ad rem faciebant excerperem, ſenſim quod nunc in publicam lucem prodit, opus paravi. Hujus potiſſima pars circa Nicænſes plantas verſatur, additâ appendicis loco brevi Hiſtoria aliquot Animalium hujus littoris. Nicænſis quidem agri plantas, ut monebam, omninò debeo laboribus & curæ Joannis-Baptiſtæ Gudice; ſubmarinas autem non paucas, & in Zoologicis plura, amicitiæ & ſedulitati D. Verani, qui Villafrancæ Medicinam ſummâ cum laude exercet. Reſtat nunc dicendum, quid ſpeciatim in hoc opere contineatur, & quamnam methodum ſecutus ſim.

Quingentæ circiter ſtirpes enumerantur, quarum pleræque in Agro Pedemontano minimè naſcuntur. Eam nempe operam D. Gudice aggreſſus fuerat, ut notas omittens, ignotas potiſſimùm legeret; ac ſi prœmaturâ morte abreptus non fuiſſet, perfectior hæc Flora prodiret, & reliquas omnes, quas amicus adnotaverat, plantas exhiberet. Mihi enim propoſueram, quærere in primis & ſciſcitari ab eo, quænam ibi eſſent ſubalpinæ huic regioni communes, quæ verò hujus territorii propriæ apud Nicænſes deſiderarentur; & ſanè memini D. Gudice commemorantem,

galegam, artemiſiam & tanacetum, in officinis noſtris tritiſſimas ſtirpes, fruſtra in agro Nicæenſi quæri; verùm acerbum amici fatum operam meam luſit. Quas obſcuras, aut ignotas animadverti, quantum licuit, accuratâ deſcriptione ſum proſecutus, plurium locum natalem indicavi ex verbis ipſius D. Giudice, quod tamen in omnibus perficere non potui, propterea quod nullas inveterim in ejus ſchedulis adnotationes iis adpoſitas, quas pro quarto faſciculo ſibi paraverat. Nicæenſis agri pene omnes ſunt, paucis aliquot exceptis, quas in itinere ad Nicæam collegit: eas autem huc referre conſultum duxi, licet enim non ad agrum, ad Provinciam tamen Nicæenſem ſpectant.

Quod ad Methodum & genera pertinet, quibus uſus ſum ad ſtirpes methodicâ diſtributione exhibendas, fateor equidem me diu incertum hæſiſſe, cum ſelectum difficillimum facerent magnæ, quibus obnoxia ſunt quæque ſyſtemata, difficultates, hoc maximé tempore, quo novam planè faciem induit hæc ſcientia. Ludwigii Methodum in definitionibus generum propoſitam amplexus ſum, Suas & ipſa habet difficultates; ſed quænam hactenus Methodus ex omni parte perfecta eva-

ſit? Diſtinctiones profectò, quibus in ordines & claſſes Plantæ dividuntur, arbitrium hominum facit., non natura, quæ per inſenſiles gradus à ſpecie ad genera, ab his ad claſſes progreditur. Idcircò à quâcumque ſtirpium parte ſyſtemata deducantur, intermediæ, ut dicitur, ſtirpes certorum generum, minimèque cohærentium claſſium conſtitutionem vetabunt. Tenaciter licèt adhæſerim methodo & generibus à Ludwigio ſelectis, in aliquibus recedendum exiſtimavi. Sic ex. Gr. & Centaurii muneris genera cum pleriſque recentioribus conjunxi; Hellenæ & Polycnemi genera poſt editum Ludwigii librum conſtituta amplexus ſum. Claſſes autem XVI. & XVII. ab eodem pro relativis ſtirpibus inſtitutas, obliterandas cenſui, & his exhibitæ Claſſibus ſtirpes ſuo ſingulæ loco referuntur.

Synonymâ eâ ratione traduntur, ut nova veteribus ordinatim anteponantur, nova nempe nomenclaturæ nomina referuntur, iis addito Gaſparis Bauhini ſynonimo, & alter præſtantis Iconographi & deſcriptoris. Tournefortianum nomen minime prætermiſi, ubicumque genus à Tournefortio fuit conſtitutum, hujus enim præ-

ſtantiſſimi Viri magna in rem Herbariam merita æquo omnino jure id expoſcere viſa ſunt. Nova nomina tantum conſtruxi, cum novæ ſtirpes eſſent indicandæ: ubi vero obſcuræ ſtirpes occurrerunt, earum a reliquis præcipua diſcrimina monui, ex quibus, cudere ſi velint nova nomina, queant Botanici: ego interim ſentio, eos ad ritè noſcendas ſpecies definiendaſque. potius quàm ad nova effingenda nomina operam ſuam conferre debere, quoniam eo evecta hæc ſcientia non ſit, ut diſcrimina ſpecierum ritè definiri poſſint. Vereor, imo etiam ſummopere, num, quemadmodum præcipitur, paucis verbis ad faciendum nomen congeſtis ubique ſemper ſpecies diſtingui queant.

Botanicis demum ſubjicitur brevis appendix, quâ nonnulla Animalia hujuſce Littoris recenſentur: communicata vero cum reliquis Teſtacea hujus Maris indigena nolui ſuper addere, quod nihil haberem non vulgare & notiſſimum. Mare quidem Nicæenſe paucas nutrit Teſtaceorum ſpecies, neque comparandum eſt cum Adriatico mari, quod multiplicis generis Conchiliorum quiſquilus eſt refertiſſimum.

COMPENDIA
Auctorum rei Herbariæ explicantur.

Act. Helv. Acta Helvetica-Phyſico-Mathematico-Anatomico-Botanico-Medica. *Baſileæ, Vol. I.* 1751. *V. II.* 1755.

Alp. Exot. Proſperi Alpini de Plantis Exoticis libri duo. *Venetiis*, 1656. *in* 4.

Barrel. Ic. & obſ. Jacobi Barrelieri plantæ per Gall. Hiſpan. & Italiam obſervatæ. *Pariſ.* 1714. *in fol* curâ Cl. Antonii de Juſſieu.

Bauh. Hiſt. vel. J. B. Johannis. Bauhini Hiſt. Plantarum Univerſalis tribus voluminibus comprehenſa. *Ebroduni*, 1650 *in fol* 3. *vol.*

Bauh. Pin. Gaſparis Bauhini Pinax Theatri Botanici. *Baſileæ*, 1671. *in* 4.

Bauh. Prodr. Gaſparis Bauhini Prodromus Theatri Botanici. *Baſileæ*, 1671 *in* 4.

Bauh. Th. Gaſparis Bauhini Theatri Botanici, ſeu Hiſt. Plantarum, liber primus. *Baſileæ*, 1658. *in fol.*

Bocc. Muſ. pl. vel. *Muſ.* 2. Pauli Bocconis Muſeum rariorum plantarum. *Venetiis*, 1697. *in* 4.

Bocc. rar. aut. Sic. Pauli Bocconis Icones & Deſcriptiones rariorum Plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ, Italiæ. *Oxonii*, 1674 *in* 4.

Bocc. rech. Boccone, Recherches & Obſervations naturelles. *Amſterd.* 1674. *in* 12.

Boerh. Lugd. Hermanni Boerhaawe index alter

Plantarum in Horto Academico Lugduno-Batavo. *Lugd. Bat.* 1720. *in* 4. 2. *vol*
Breyn. cent. Jacobi Breynii Centuria I. exoticarum & minùs cognitarum plantarum. *Gedani*, 1678. *in fol.*

Camer. epit. Joachimi Camerarii de plantis epitome Petri Andreæ Matthioli. *Francof.* 1586. *in* 4.
Cam. Hort. Joachimi Camerarii Hortus Medicus & Philoſophicus. *Francof.* 1586. *in* 4.
Caſt.Dur. Herbario nuovo di Caſtore Durante. *Roma*, 1585. *in fol.* & *in Venezia*, 1684.
Cluſ. Hiſt. Caroli Cluſii rariorum Plantarum Hiſtoria. *Antverpiæ*, 1601. *in fol.*
Cluſ. Hiſp. Caroli Cluſii rariorum ſtirpium per Hiſpaniam obſervatarum libri 2. *Antverpiæ*, 1576. *in* 8.
Col. Ecphr. Fabii Columnæ Ecphraſis I. & II. minùs cognitarum ſtirpium. *Romæ*, 1616. *in* 4.
Col. phitob. Fabii Columnæ Phitobaſanos, ſeu plantarum aliquot Hiſtoria. *Neapoli*, 1592. *in* 4.
Cup. cath. Franciſci Cupani Hortus Catholicus. *Neapoli*, 1696. *in* 4.
Cup. ſuppl. Franciſci Cupani Supplementum. *Panormi*, 1697. *in* 4.

Dalech. hiſt. Jacobi Dalechampii Hiſtoria generalis Plantarum. *Lugd.* 1587. *in fol.* 2. *v.*
Dalib. Pariſ. Dalibard, Floræ Pariſienſis Prodromus. *Pariſiis*, 1750. *in* 8.

Dill.

Dill. gen. Johannis Jacobi Dillenii nova Plantarum genera. *Giſſæ*, 1719. *in* 8.

Dill. muſ. Johannis Jacobi Dillenii Hiſtoria Muſcorum. *Oxonii*, 1741. *in* 4.

Dod. pempt. Remberti Dodonæi Pemptades vi. ſtirpium Hiſtoriæ. *Antverpiæ*, 1616. *in fol.*

Dod. cor. Remberti Dodonæi Hiſtoria Plantarum Coronariarum. *Antverpiæ*, 1569. *in* 8.

Don. tratt. Antonii Donati Trattato de ſemplici che naſcono ne lidi de Venetia. *Venetiis*, 1631. *in* 4.

Garidel. Hiſtoire des Plantes, qui naiſſent aux environs d'Aix en Provence. *A Aix*, 1715. *in fol.*

Gron. virg. Joh. Clayton Flora Virginica, quam edidit Gronovius. *Lugd. Batav.* 1719. *in* 8. *maj. part. I. & II.*

Gmel. Sib. Joh. Georgii Gmelini Flora Sibirica, &c. *Petropoli*, *tom. I.* 1747. & *tom. II.* 1749. *in* 4.

Griſl. Gabriel. Griſlei Viridarium Luſitanum, editio altera, curante Joh. Franciſco Sequierio. *Veronæ*, 1749. *in* 8.

Guett. obſ. Obſervations ſur les Plantes, par M. Guettard. 1747. 2. *vol. in* 12.

Hall. Helv. Alberti Haller enumeratio methodica ſtirpium Helveticarum. *Gottingæ*, 1742. *in fol. v.* 2.

Hall. Gotting. Alberti Haller Enumeratio Plantarum Horti & Agri Gottingenſis emendata & aucta. *Gottingæ*, 1753. *in* 8.

Herm. Lugd. Bat. aut. H. L. B. Pauli Hermanni

B

Catalogus Plantarum Horti Academici Lugduno Batavi. *Lugd. Bat.* 1687. *in* 8.

H. R. Par. Hortus Regius Pariſienſis. 1665. *in fol.*

Hoſ. act. Helv. Hoferus in actis Helveticis, &c.

Imp. iſt. Imperato, Iſtoria Naturale. *Venezia*, 1672. *in fol.*

Juſſ. act. Gall. Bernardus de Juſſieu in Actis Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſinæ.

Iſn. act. Gall. Antonius Dantii d'Iſnard, in Actis etiam Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſinæ.

Linn. hort. Cliff. Caroli Linnæi Hortus Cliffortianus. *Amſtelodami*, 1737. *in fol.*

Linn. Fl. Lapp. Linnæi Flora Lapponica. *Amſtel.* 1737. *in* 8.

Linn. gen. Linnæi Genera Plantarum, eorumque characteres. *Pariſiis*, 1743. *in* 8.

Linn. Fl. Suec. Linnæi Flora Suecica. *Holmiæ*, 1745. *in* 8.

Linn. it. Oel. & Gotl. Linnæi iter Oelandicum & Gotlandicum. *Holmiæ*, 1745. *in* 8.

Linn. vir. Cliff. Linnæi Viridarium Cliffortianum. *Amſtel.* 1737. *in* 8.

Linn. hort. Upſ. Linnæi Hortus Upſalienſis. *Holmiæ*, 1748. *in* 8.

Linn. Fl. Zeyl. Linnæi Flora Zeylanica. *Holmiæ*, 1747. *in* 8.

Linn. mat. med. Linnæi Materia Medica. *Holmiæ*, 1749. *in* 8.

Linn. Amœn. Acad. Linnæi Amœnitates Academicæ. *Lugd. Bat.* 1749. 1751. *in* 8. v. 2.

by Google

Linn. ſpec. pl. Linnæi ſpecies Plantarum. *Holmiæ*, 1753. *in* 8. *v.* 2.

Linn. act. Upſ. Carolus Linnæus in Actis Regiæ Societatis Upſalienſis.

Lob. obſ. Matthiæ Lobelii Hiſtoria ſtirpium (Obſervationes) *Antverpiæ*, 1576. *in fol.*

Lob. adv. Matthiæ Lobelii Adverſaria ſtirpium. *Antverpiæ*, 1676. *in fol.*

Lob. ic. Matthiæ Lobelii Icones Plantarum. *Antverpiæ*, 1681. *in* 4. *oblong.*

Ludw. def. Gottlieb Ludwigii Definitiones generum Plantarum. *Lipſiæ*, 1747. *in* 8.

Magn. Bot. Monſp. Petri Magnol Botanicum Monſpelienſe. *Monſpelii*, 1697. *in* 8.

Magn. hort. Monſp. Petri Magnol Hortus Regius Monſpelienſis. *Monſpelii*, 1697. *in* 8.

Marſ. hiſt. Hiſtoire Phyſique de la Mer, par Louis Ferdinand Marſilli. *Amſterd.* 17 *in fol.*

Matth. Sei Diſcorſi di Pietro Andrea Matthioli ſopra Dioſcoride. *In Venezia*, 1604. *cum magnis figuris.*

Merc. Metall. Michaelis Mercati Metallotheca Vaticana. *Romæ*, 1719. *in fol.*

Mich. gen. Petri Antonii Michelii nova Plantarum genera. *Florentiæ*, 1729. *in fol.*

Mich. hort. Flor. Petri Antonii Michelii Catalogus horti Florentini à Joh. Targionio Tozzettio editus. *Florentiæ*, 1729. *in fol.*

Mor. hort. Bl. Roberti Moriſon Hortus Regius Bleſenſis auctus. *Londini*, 1669. *in* 8.

Mont. in Zanon. Jacobi Zanonii Hiſtoria Bo-

b ij

tanica Latinè reddita à Cajetano Montio, &c. *Bononiæ*, 1742. *in fol.*

Mor. Ox. Roberti Moriſon Hiſtoria Plantarum. *Oxonii*, 1672. 1699. *in fol. v.* 3.

Moerh. act. Angl. Moerhingius in Actis Philoſophicis Regiæ Societatis Londinenſis.

Niſſ. act. D. Niſſole in Actis Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſinæ.

Park. the. Johannis Parkinſoni Theatrum Botanicum. *Londini*, 1640. *in fol.*

Ponted. diſſ. & anth. Julii Pontederæ Anthologia & Diſſertationes Botanicæ. *Patavii*, 1720. *in* 4.

Plukn. alm. Leonhardi Plukneti Almageſtum Botanicum. *Londini*, 1696. *in* 4.

Raji hiſt. & ſuppl. Johannis Raji Hiſtoria Plantarum generalis. *Londini*, 1686. *in fol. v.* 3. Tertius tomus eſt ſupplementum antecedentium.

Raji ſyn. Raji Synopſis Methodica ſtirpium Britannicarum, Editio tertia à Dillenio emendata & aucta. *Londini*, 1724. *in* 8.

Riv. tetr. Auguſti Quirini Rivini ordo Plantarum, quæ ſunt flore irregulari Tetrapetalo. *Lipſiæ*, 1691. *in fol.*

Roy. Leyd. prodr. Adriani Van-Royen Floræ Leydenſis Prodromus. *Leidæ*, 1740 *in* 8.

Rupp. Jen. Henrici Bernardi Ruppii Flora Jenenſis ab Alberto Haller edita. *Jenæ*, 1745. *in* 8.

Realm. act. Gall. Realmurius in Actis Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſinæ.

Schench. Agroſt Johannis Schenchzeri Agroſtographia, ſeu Hiſtoria Graminum, &c. *Tiguri*, 1719 *in* 4.

Sch. bot Joſephi Pitton Tournefort Schola Botanica. *Amſtel.* 1689. *in* 12.

Seb. Theſ. Alberti Sebac Theſauri rerum naturalium locupletiſſimi accurata Deſcriptio, &c. *Amſtel.* 1735. *in fol* v. 2.

Sauv. Monſ. Sauvages, Flora Monſpelienſis. *Hagæ*, 1751. *in* 8.

Segu. ſuppl. Plantarum, quæ in agro Veronenſi reperiuntur, volumen tertium, Operâ Joh. Franc. Seguierii. *Veronæ*, 1754. *in* 8.

Tabern. hiſt. Jacobi Theodori Tabernæmontani Hiſtoria Plantarum. *Francofurti*, 1613. *in fol.*

Till. Piſ. Michaëlis Angeli Tillii Catalogus Plantarum Horti Piſani. *Florentiæ*, 1723. *in fol.*

Tourn. act. Joſephus Pitton Tournefort, in Actis Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſinæ.

Tourn. inſt & app. Tournefort, Inſtitutiones rei Herbariæ, & appendix. *Pariſ.* 1700 *in* 4.

Tourn. cor. Tournefort, Corollarium, ibidem conjunctim.

Thal. Johannis Thalii Silva Hercynica poſt Camerarii Hortum.

Wach. Ultr. Wacchendorff Hortus Ultrajectinus. *Ultrajecti*, 1747. *in* 8.

Vaill. Pariſ. Sebaſtiani Vaillant Botanicon Pariſienſe. *Lugd Bat.* 1727. *in fol.*

Zannich. iſt. Gio Gerolamo Zannichelli Iſtoria delle Piante de lidi Veneti, &c. *Venezia*, 1735. *in fol.*

Zannich. epiſt. Johannis Hieronymi Zannichelii Epiſtola de Myriophillo Pelagico. *Venetiis*, 1714. *in* 8.

Zanon. iſt. Zanoni Giacomo Iſtoria Botanica, *Bologna*, 1675. *in fol.*

Zin. iſt. Ginanni o ſia Zinanni Iſtoria delle Piante marine, Opera poſtuma, tom. I, *Venezia*, 1755. *in fol.*

APPROBATIO.

AMPLISSIMI Cancellarii juſſu legi Manuſcriptum cui titulus eſt *Enumeratio methodica ſtirpium præcipuarum littoris & agri Nicæenſis, Auctore Carol. Allionio, Phil. & Med. Doct. &c.* Typis excuſum Botanicis pergratum fore exiſtimo, iis præcipuè, qui non vagum nec inordinatum Catalogum Plantarum amant, naturale earum ſyſtema ſpectant, atque ad Catalogum indigenarum ſoli huc uſque cognitio generali perguni. Datum Pariſiis, die quintâ Maii 1757. GUETTARD.

STIRPIUM PRÆCIPUARUM LITTORIS ET AGRI NICÆENSIS ENUMERATIO METHODICA.

CLASSIS PRIMA.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, ſimplici, regulari, Monopetalo.

DIANTHERÆ Monoſtylæ

PHILLYRÆA.

1. PHILLYREA foliis lanceolatis, integerrimis. *Hort. Cliff.* 4.

Phillyrea anguſtifolia prima. *C. B. Pin.* 476.

Abundè reperitur locis ſiccis & rupeſtribus agri Nicaenſis,

2. Phillyrea foliis cordato-ovatis, ſerratis. *Linn. hort. Cliff.* 4. *hort. Upſ.* 6. *Roy. prodr. Leyd.* 398. *Linn. ſpec. pl.* 8.

Phillyrea latifolia ſpinoſa. *C. B. Pin.* 476. *Tourn. inſt* 596.

Oritur ad rupes Montalbani.

3. An Phillyrea foliis longioribus, & leviter dentatis. *Mich. h. Flor.*

Dubia planta, cum ſpecimina, quæ teneo, floribus & fructibus deſtituantur. Habitus quidem omninò eſt *Phillyrea liguſtri folia*, *C. B* Folia habet glabra, lævisſima, venoſa, elliptico-acuminata, & argutè denticulata. Prima folia obtusè finiunt; quæ ſequuntur autem continuò anguſtiora evadunt.

Naſcitur in Silvis.

Jasminum.

Jaſminum foliis alternis, ſimplicibuſque, ramis angulatis, *Hort Cliff.* 5. *ſpec. pl.* 7.

Jaſminum luteum, vulgò dictum

perfect. ſimpl. regul. Monopetalo. § bacciferum. *C. B. Pin.* 398. *Tourn. inſt.* 597.

Ubique ad ſepes.

Folia verè ſemper trifoliata in omnibus exemplaribus animadverti. Flos luteus amplus, cum longo tubo, & ſegmentis rotundis. Baccæ nigri coloris.

TETRANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

APARINE.

1. Aparine minor, paluſtris, Patiſienſis, flore albo. *Tourn. aut. de Par. p.* 246. *inſt.* 114.

Aparine foliis lineari-lanceolatis, rigidis, acuminatis, corollis fructu majoribus. *Roy. Leyd. prodr.* 255. *Linn. Fl. Suec.* 121.

Galium caule ſubaſpero, foliis quaternis & ſenis ſpinulâ terminatis. *Hall. Helv.* 460.

Galium foliis ſenis, lanceolatis, retrorſum ſerrato-aculeatis, mucronatis, rigidis, corollis fructu majoribus. *Linn. ſpec. pl.* 107.

Ad rivulos.

2. Aparine ſemine Coriandri ſaccharati. *Park. the.* 567. *Tourn. inſt* 114.

Galium ſeminibus exaſperatis, floſculis lateralibus maſculis. *Hall. Gotting.* 188.

3. Aparine minima. *Bot. Monſp. app.* 291.

Ad radicem valdè ramoſa, ramis erectis, implicatis, angulatis, ſemipalmaribus. Folia quina aut ſena lineari-elleptica, cum ſpinulâ longâ lineam unam, aut unam cum dimidiâ, & aſperâ. Fructus lanugine hiſpidi, oblongi, gemelli, diſtincti, arcuati, parte interiori concavâ, axillares, in quolibet verticillo duo, & foliis breviores. Caulibus undique florigeris, verticillis bifloris, ſeminibus arcuatis à reliquis facile dignoſcitur

GALLIUM.

1. Gallium foliis ſenis, rigidis, obſcurè virentibus, floribus purpuraſcentibus, è ſummo caule prodeuntibus.

Cum nullâ notâ Gallii ſpecie convenire mihi viſum eſt Gallium hoc

Nicæenſe. Caules ex radice habet plures, palmares, vix ramoſos, erectos, firmos. Folia ſunt rigida, obſcurè & ſplendidè virentia, quatuor lineas Pariſienſes ad ſummum longa, ſpinulâ terminata. Pedunculi in ſummo caule, ex alis ramoſi partialibus pedunculis, nunc bifloris, nunc trifloris. Flores purpurei, aut pallidè purpurei, parvi. Caules ſtriati, quadranguli. Nil aſperi in totâ Plantâ.

8 Gallium foliis ſenis, rigidis, diffuſè ramoſum, floribus albis è ſummo caule prodeuntibus.

Et hoc Gallium novum planè mihi videtur, niſi fuerit Gallium Narbonenſe tenuifolium fl. albo, *Tourn. inſt.* 114. & *Garidel.* aut Gallium Creticum annuum tenuifolium fl. albido, *Tour. cor.* 2. Caules obtinet cubitales, & etiam altiores, ſtriatos, diffuſè ramoſos, vix erectos, ramis inter ſe implicitis. Folia ſæpe ſena, rigida, patentia longiſſimè, elliptica, l. potiùs linearia. Rami per dichotomiam dividuntur, & in florum longas paniculas abeunt. Pe-

dunculi partiales biflori ſæpius. Flores magni, albi, odorati, cum apicibus luteis, qui per ætatem nigri fiunt. Semen didymum, magnum, nigrum. Planta tota lætè, non obſcurè viret; nec aliquid aſperi habet.

In collium Nicæenſium dumetis.

3. Gallium foliis verticillatis linearibus, pedunculis breviſſimis. *Linn. hort. Cliff.* 34. *ſpec. pl.* 107.

Gallium rubrum. *C. B. Pin.* 335. *& Segu. Veron. ſuppl. p.* 107. *cum deſcrip.*

In hoc Gallio rami non ſunt diffuſi, ſed ſurrecti; folia longa, linearia, tenuia, minimè rigida. Flores in ſummis ramis, affixi brevibus pedunculis bifloris.

Ubique locis ſiccis & macris adinvenitur.

RUBEOLA.

1. Rubeola anguſtiore folio. *Tourn. inſt.* 130.

Rubia anguſtifolia ſpicata. *C. B. Pin.* 334 *prodr.* 145.

Crucianella foliis linearibus, *Hort. Cliff.* 32,

Digitized by Google

perfect. ſimpl. regul. Monopetalo.

Crucianella erecta, foliis ſenis linearibus. *Hort. Upſ.* 27. *ſpec. pl.* 109.

Aſperula ſpicata, glumis floralibus maximis. *Hall. Gotting.* 187.

2 Rubeola ſupina ſpicâ longiſſimâ. *Tourn. inſt.* 130.

Rubia ſpicata repens. *Magn. Bot. Monſp.* 225.

Crucianella repens, foliis ſenis, ſpicis longis. *Sauv. Monſp.* 225 *Linn. ſp. pl.* 109.

Utraque ſecus arva collium Nicaenſium.

Asperula.

Aſperula foliis inferioribus ſenis, intermediis quaternis, ſubulatis triquetris, floribus quadrifidis. *Linn. ſpec. pl.* 104.

Aſperula foliis linearibus quaternis, ſummis oppoſitis. *Roy. Leyd. prodr.* 255. *Sauv. Monſp.* 163.

Rubeola foliis quaternis, ſeminibus quaternis, floribus umbellatis. *Hall. Helv.* 458.

Rubeola vulgaris quadrifolia, læ-

vis, floribus purpuraſcentibus. *Tourn. inſt.* 130.

Gallium montanum latifolium, cruciatum. *Col. ecphr. p.*.296. *T.* 257. *f.* 1.

Optimè in ſaxoſis arcis Nicææ.

SHERARDIA.

Sherardia foliis omnibus verticillatis; floribus terminalibus. *Linn. ſpec. pl.* 101.

Sherardia. *Dill. gen.* 96. *Hort. Cliff.* 33. *Fl. Suec.* 113. *Roy. Leyd. prodr.* 257. *Hall. Helv.* 456. *Dalib. Pariſ.* 46

Rubeola arvenſis, repens, cærulea. *C. B. Pr.* 145.

In arvis, & pratis Nicæenſibus.

VAILLANTIA.

Vaillantia quadrifolia, verticillata. *Tourn. Mem.* 1706 *p.* 86

Valantia floribus maſculis trifidis hermaphroditeo; germini inſidentibus. *Hort. Upſ.* 302. *Sauv. Monſp.* 162. *Linn. ſpec. pl.* 1051.

perfect. ſimpl. regul. Monopetalo. 9

Valantia annua quadrifolia, verticillata, floribus ex viridi palleſcentibus, fructu echinato. *Mich. gen.* 13 *T.* 7.

Rubeola echinata ſaxatilis. *C. B. Pin.* 334.

Cruciata muralis, minima, Romana. *Col. ecphr. p.* 248. *T.* 297.

Vaillantia in ſiccis & arenoſis littoris Nicæenſis frequens eſt.

Plantago.

1. Plantago foliis linearibus dentatis, ſcapo tereti. *Linn. ſpec. pl.* 115.

Plantago foliis linearibus, pinnato-dentatis. *Hort. Cliff.* 37. *Hall. Gotting.* 198.

Coronopus ſylveſtris hirſutior. *C. B. Pin.* 190.

2. Plantago foliis lanceolatis, ſpicâ ovatâ, hirſutâ, ſcapo angulato. *Linn. ſpec. pl.* 114

Plantago anguſtifolia, panniculis lagopi. *C. B. Prodr.* 98.

Rubia.

1. Rubia foliis ſenis, ſuperficie annuâ, *Hall. Gott.* 190.

Rubia perennis, foliis ſæpius quinis *Sauv. Monſp.* 161.

Rubia foliis ſenis. *Linn. hort Cliff.* 35 *ſpec. pl.* 109.

Rubia ſylveſtris Monſpeſſulana major. *J.B.* 111. *p.* 715. *Tourn. inſt.* 114.

Rubia ſylveſtris aſpera. *C. B. Pin.* 333.

Ubique è rupium fiſſuris exit, inter ſaxa & ad vetuſtos muros.

2. Rubia quadrifolia, aſperrima, lucida, peregrina. *Herm. Lugd. Bat.* 523. *Tourn. inſt.* 114.

Rubia foliis quaternis. *Roy. Leyd. prodr.* 254. *Linn. ſpec. pl.* 109

Caules ſtriato-quadranguli, folia elliptico-acuminata quaterna, margine brevibus & densè poſitis ſpinulis ciliato, glabra & minimè nervoſa. Planta tota lucidè viret.

PENTANTHERÆ MONOSTYLÆ.

PLUMBAGO.

Plumbago foliis amplexi-caulibus. *Hort. Cliff.*

perfect. ſimpl. regul. Monopetalo. 11 Cluſ. 53. Linn. ſpec. pl. 151.

Plumbago quorumdam. Cluſ. hiſt. 2. 123. Tourn. inſt. 140.

Ubique ſat copioſe.

BUGLOSSUM.

1. Bugloſſum Creticum cauliculis procumbentibus, flore variegato odorato, echii foliis verrucoſis. *Mont. in Zanon. p. 54. T. 37.*

Borragine murale, variegata, con fiore odorato di Candia. *Zanon. iſt. p. 46. T. 37.*

Bugloſſum Creticum, minimum, odorarum, flore vario eleganti. *H. R. Par. 33. Tourn. inſt. 134.*

Lycopſis foliis hiſpidis, verrucoſis, flore variegato. *Hall. Gott. p. 224.*

2. Bugloſſum ſilveſtre minus. *C. B. Pin. 256. Tourn. inſt. 134.*

Lycopſis foliis lingulatis, ſinuatis, aſperis, cœruleo flore. *Hall. Helv. 523. Gotting. 224.*

Lycopſis foliis lanceolatis hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis. *Linn. fl. ſupp. 77. ſpec. pl. 139.*

Locis ſiccis.

C

Simphitum.

Simphitum foliis ſummis oppoſitis. *Linn. ſp. pl.* 136.

Simphitum majus tuberoſâ radice. *C. B. Pin.* 259. *Tourn. inſt.* 138.

Ad agrorum margines.

Lithospermum.

1. Lithoſpermum ſeminibus lævibus, corollis calycem multoties ſuperantibus. *Linn. Hort. Cliff.* 46. *ſpec. pl.* 132.

Lithoſpermum flore magno, caule ex apice radices agente. *Hall. Helv.* 517.

Lithoſpermum minus repens latifolium. *C. B. Pin.* 258. *Tourn. inſt.* 137.

Secus arva.

2. Lithoſpermum villoſum, caulibus procumbentibus ſimpliciſſimis. *Mat. med.* 58. *ſpec. pl.* 132.

Lithoſpermum procumbens, ſeminibus rugoſis, foliis hiſpidis, radice rubrâ. *Sauv. Monſp.* 63.

Bugloſſum radice rubrâ, ſive anchuſa vulgarior, floribus cœruleis. *Tourn. inſt.* 134.

In ſolo arido & ſicco.

ASPERUGO.

Aſperugo. *Linn. Fl. Lapp.* 76. *ſpec. pl.* 138.

Aſperugo vulgaris. *Tourn. inſt.* 135.

Bugloſſum ſilveſtre, caulibus procumbentibus. *C. B. Pin.* 257.

In agris, & ad hortorum ſepes.

LYSIMACHIA.

1. Lyſimachia foliis ovatis acutiuſculis, pedunculis folio longioribus, caule repente. *Linn. ſp pl.* 148.

Lyſimachia foliis ſubrotundis, floribus ſolitariis longè pedunculatis. *Guett. Obſ.* 2. *p.* 110.

Lyſimachia foliis orbiculatis, planis, floribus ſolitariis rubellis, caule repente. *Sauv. Monſp.* 135.

Lyſimachia humi fuſa, folio rotundiore, flore purpuraſcente. *Tourn. inſt.* 141.

Nummularia minor, purpuraſcente flore. *C. B. Pin.* 310. *prodr.* 139.

Locis aquoſis ſecus flumen le Var.

2. *Lyſimachia* calycibus corollam ſuperantibus, caule erecto ramoſiſſimo. *Roy. Prodr. Leyd.* 416. *Linn. ſp. pl.* 148.

Lyſimachia annua minima, polygoni folio. *Tourn. inſt.* 142.

Linum minimum ſtellatum. *C. B. Pin.* 214. *Prodr.* 107. *Magn. Bot. Monſp.* 163. *cum icone.*

In collibus Nicaenſibus frequens.

SAMOLUS.

Samolus. *Hort. Cliff.* 51. *ſpec. pl.* 171.

Samolus Valerandi. *J. B* 3. 741.

Anagallis aquatica, folio rotundo non crenato. *C. B. Pin.* 252.

Ad fontium ſcaturigines.

PERVINCA.

Pervinca foliis ovatis ſurrectior (Linn). *Hall. Hort. Gott.* 229.

Vinca caulibus erectis, foliis ovatis. *Linn. ſpec. pl.* 209.

Pervinca vulgaris latifolia, flore

perfect. ſimpl. regul. Monopetalo. 15 cœruleo. *Tourn. inſt.* 119. *Garidel, cum icone.*

Clunatis daphnoides major. *C. B. Pin.* 302.

CAMPANULA.

1. Campanula caule dichotomo, foliis ſeſſilibus, utrinque dentatis. *Hort. Cliff.* 65. *ſpec. pl.* 169.

Campanula minor annua, foliis inciſis. *Mor. Ox.* 2. 458. *Tourn. inſt.* 112.

Rapunculus minor, foliis inciſis. *C. B. Pin.* 92.

2. Campanula caule ramoſiſſimè diffuſo, foliis oblongis ſubcrenatis, calycibus ſolitariis corollâ longioribus, capſulis priſmaticis. *Hort. Upſ.* 41. *Spec pl.* 168.

Campanula caule ramoſo, foliis ovato-oblongis, crenatis. *H. Cliff.* 65.

Campanula calycibus corollam ſuperantibus, capſulis columnaribus. *Vir. Cliff.* 17.

Campanula ſiliquâ longiſſimâ, flore rotato. *Hall Helv.* 436.

Campanula arvenſis erecta. *Herm. Lugd. Bat. Tourn. inſt.* 112.

Onobrychis erecta, vel Campanula arvenſis erecta. *C. B. Pin.* 215.

Secus arva.

3. Campanula capſulis quinque locularibus tectis, calycis ſinubus reflexis. *Vir. Cliff.* 16. *Roy. Prodr. Leyd.* 145. *ſpec. pl.* 167. *Hall. Gott.* 153.

Campanula calycibus a tergo lamellis quinque notatis. *Hort. Cl.* 64.

Campanula hortenſis, folio & flore oblongo. *C. B. Pin.* 94. *Tourn. inſt.* 109. *Garidel, cum icone.*

Viola mariana. *Dod. Cor. p.* 28. & *pempt.* 63 benè.

In ſilvis apricis, aliiſque locis incultis.

Ad hanc Campanulam celeb. Linnæus. (*Sp. pl.* 167.) refert Campanulam foliis anchuſæ, floribus oblongis, *C. B. Pin.* 34 & Campanulam foliis echii, floribus villoſis, *C. B. prodr.* 36. ſtirpes Alpinas, inter ſe, & à Campanulâ hortenſi omninò diverſas.

Paſſim occurrit in ſilvis apricis, aliiſque locis incultis.

4. Campanula caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. *Vir. Cliff.* 16. *ſpec. pl.* 167.

Campanula foliis lanceolato-ovatis, crenatis, ramis capitulo florali terminatis. *Hort. Cliff.* 64.

Campanula floribus ſeſſilibus congeſtis, latioribus foliis inſidentibus. *Hall. Helv.* 493.

Campanula pratenſis, flore conglomerato. *C. B. Pin.* 54. *Tourn. inſt.* 110.

5. Campanula foliis radicalibus cordatis, ſerratis, caulinis linearibus integris. *Hall. Helv.* 495.

Campanula foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Linn. Fl. Lapp.* 83. *ſpec. pl* 163.

Campanula minor, rotundifolia, vulgaris. *C. B. Pin.* 54. *Tourn. inſt.* 111.

Abundè ad rupes præruptas.

Caulina folia, non raro dentata, ita ut vix videatur differre à Campanulâ Alpinâ rotundifoliâ minore. *C. B. Pin.*

6. Campanula foliis undulatis, radicalibus, lanceolato-ovalibus, panicu-

lâ coarctatâ. *Hort. Upſ.* 40. *ſpec. pl.* 164.

Campanula foliis radicalibus lanceolato-ovalibus, caule ramoſiſſimo patulo. *Hort. Cliff.* 65.

Campanula foliis undulatis ſubhiſpidis, caule ramoſiſſimo. *Hall. Helv.* 494.

Campanula radice æſculenta, flore cœruleo, *Herm. Lugd. Bat. Tourn. inſt.* 110.

Rapunculus æſculentus, *C. B. Pin.* 92.

Secus vias ubique.

7. Campanula caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Vir. Cliff.* 16. *ſpec. pl.* 166.

Campanula foliis radicalibus cordatis, calycibus ciliatis. *Hort. Cl.* 64.

Campanula foliis aſperis, imis cordatis, reliquis longè acuminatis ſerratis, calycibus hirtis, alâ multiflorâ. *Hall. Helv.* 490.

Campanula vulgarior, urticæ folio, vel major, vel aſperior, flore cœruleo. *C. B. Pin.* 94. *Tourn. inſt.* 109.

In ſilvis umbroſis ſæpè occurrit.

Google

Convolvulus.

1. Convolvulus foliis palmatis, cordatis, ſericeis, lobis repandis, pedunculis bifloris, *Linn. ſpec. pl.* 156.

Convolvulus foliis cordato-digitatis, ſericeis, foliolis linearibus, intermediis duplò longioribus, *Vir. Cliff.* 18.

Convolvulus foliis ovatis, diviſis, baſi truncatis, laciniis intermediis duplo longioribus. *Hort. Cliff.* 67.

Convolvulus peregrinus pulcher, folio Betonicæ. *J. B.* 2, 159. *Tourn. inſt.* 85.

Convolvulus argenteus, altheæ folio. *C. B. Pin.* 295.

Convolvulus argenteus elegantiſſimus, foliis tenuiter inciſis. *Tourn. inſt.* 85.

Convolvulus argenteus, altheæ foliis magis inciſis, & incanis. *Herm. Lugd. Bat.*

Vulgaris eſt in collibus, & rupibus mari proximis. Folia tenuia, non craſſa: prima non laciniata; ſe-

quentia palmata, magis minùſve profundè digitata: Pedunculo & alis, nunc bifloris, nunc trifloris.

2. Convolvulus foliis lineari-lanceolaris, acutis, caule ramoſo, recto, pedunculis bifloris. *Hort. Cliff.* 68. *ſp. pl.* 158.

Convolvulus linariæ folio aſſurgens, & humilior. *Tourn. inſt.* 83.

Copiosè in ſiccis collibus, & rupibus aridis.

3. Convolvulus foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris. *Fl. Suec.* 173. *ſpec. pl.* 153.

Convolvulus foliis ſagittatis, utrinque acutis. *Hort. Cliff.* 66.

Convolvulus foliis ſagittatis, longiſſimè cocunte petiolo unifloro. *Hall. Helv.* 489.

Convolvulus minor arvenſis. *C. B. Pin.* 244. *Tourn. inſt.* 83.

Vulgatiſſima in agris.

ALATERNUS.

Alaternus. *I. Cluſ. Hiſp.* 56. *Tourn. inſt.* 595. *Hall. Gotting.* 13.

Spina bourgi Monſpelienſium. *J. B.* 1. 542.

Rhamnus inermis, floribus polygamis, ſtigmate triplici, foliis ſerratis *Hort. Cliff.* 70.

Rhamnus inermis, floribus dioïcis, ſtigmate triplici. *Vir. Cliff.* 19. *ſpec. pl.* 193.

In agro, & collibus Nicaenſibus abundè provenit.

Solanum.

Solanum caule inermi, fruteſcente, flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. *Hort. Cliff* 60. *ſp. pl.* 185.

Solanum foliis aliis trifidis, aliis ſimplicibus. *Hall. Helv.* 507.

Solanum ſcandens, ſeu Dulcamara. *C.B. Pin.* 173. *Tourn. inſt.* 149.

DISTYLÆ.

Gentiana.

Gentiana corollis quinquefidis, infundibuli-formibus, floribus alternis ſeſſilibus. *Linn. ſpec. pl.* 230.

Gentiana corollis infundibuli-for-

mibus, quinquefidis, laxè ſpicatis, foliis lanceolatis *Sauv. Monſp.* 132.

Centaurium minus ſpicatum, album. *C. B. Pin.* 378. *prodr.* 130. *Tourn. inſt.* 123.

B. Centaurium minus ſpicatum, flore rubro. *H. B. Pan. Tourn. inſt.* 122.

In pratis humidis, & herboſis locis.

TRISTYLÆ.

TINUS.

Tinus. *Hort. Cliff.* 109.

Laurus ſilveſtris corni-fœmina, foliis ſubhirſutis *C. B. Pin.* 461.

Viburnum foliis ovatis integerrimis *Hort. Upſ.* 69.

Viburnum foliis integerrimis ovatis, ramificationibus ſubtus villoſo-glandulоſis. *Spec. pl.* 267.

In ſilvis opacis.

PALIURUS.

Paliurus. *Dod. pempt.* 576. *Tourn. inſt.* 616.

Rhamnus folio ſubrotundo, fructu compreſſo. *C. B. Pin.* 477.

Rhamnus aculeis geminatis, inferiore reflexo, floribus triynis. *Hort. Cliff.* 69. *ſpec. pl.* 194.

HEXANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

ALOE.

Aloë foliis ſpinoſis, confertis, dentatis, vaginantibus, planis, maculatis. *Hort. Cliff.* 130. *ſpec. pl.* 321.

Aloe vulgaris. *C. B. P.* 286. *Tourn. inſt.* 366. *Garidel, cum icone.*

Naſcitur ſponte in rupibus, quas mare alluit, & in vallibus proximis locis ſabuloſis.

Ex hâc Aloe in Chinâ extrahitur Aloes hepatica. *V. Linn. Mat. Med.* p. 53.

MUSCARI.

1. Muſcari latifolium, ſummis floribus in longis petiolis erectis. *Hall. Helv.* 285.

Muſcari arvenſe, latifolium, purpuraſcens. *Tourn. inſt.* 347.

1

Hyacinthus comatus major, purpureus. *C. B. Pin.* 42.

Hyacinthus corollis globoſis, ſummis pedunculatis, foliis enſi-formibus. *Sauv. Monſp.* 17.

Hyacinthus corollis angulato-cylindricis, ſummis ſterilibus, longius pedicellatis. *Spec. pl.* 318

2. Muſcari latifolium, ſpicâ breviſſimâ inodorâ, ſummis floribus ſeſſilibus. *Hall. Helv.* 285.

Muſcari cœruleum minus, latifolium. *Tourn. inſt.* 348.

Hyacinthus racemoſus, cœruleus, latifolius, minor. *C. B. Pin.* 43.

Hyacinthus corollis ovatis, ſummis ſeſſilibus, foliis enſi-formibus. *Sauv. Monſp.* 17.

3. Muſcari anguſtifolium, ſpicâ brevi odorâ. *Hall. Helv.* 284.

Muſcari arvenſe juncifolium, cœruleum, minus. *Tourn. inſt.* 348

Hyacinthus racemoſus, cœruleus, minor, juncifolius. *C. B. Pin.* 43.

Hyacinthus corollis globoſis. *Hort. Cliff.* 126.

Hyacinthus corollis globoſis, foliis in cylindrum convolutis. *Sauv. Monſp.* 17.

perfect. ſimpl. regul. Monopetalo. 25

Hyacinthus corollis globoſis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis. *Spec pl.* 318.

In arvis, & ſecus vias in collibus Nicaenſibus reperiuntur.

HEXANTHERÆ
DISTYLÆ.

CRESSA.

Creſſa. *Amoën.* 1. *p.* 121. *Spec pl.* 223.

Quamoclit minima, humi fuſa, paluſtris, herniariæ folio. *Tourn. Cor.* 4.

OCTANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

THYMELÆA.

Thymelæa foliis lini. *C. B. Pin.* 463. *Tourn. inſt.* 594.

Daphne floribus racemoſis, foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, integris *Guett. Obſ.* 2 *p* 427.

Daphne foliis lanceolatis, in baſi

anguſtioribus, racemo nudo terminali. *Sauv. Monſp* 56.

Daphne paniculâ terminali, foliis lineari-lanceolatis, acuminatis. *Spec. pl.* 357.

Ubique frequentiſſima.

STELLERA.

Stellera foliis linearibus, corollis quadrifidis. *Linn. Amoen.* 1. *p.* 127.

Thymelea linariæ folio, vulgaris. *Tourn inſt.* 594.

Linaria altera botryoides, montana. *Col. part.* 1. 82.

In ſabuloſis torrentis Paillou.

DECANTHERÆ MONOSTYLÆ.

ARBUTUS.

Arbutus caule erecto, foliis glabris, ſerratis, baccis polyſpermis. *Hort. Cliff.* 169. *ſpec. pl.* 395.

Arbutus folio ſerrato. *C. B. Pin.* 460. *Tourn. inſt.* 598.

In ſilvis admodùm frequens.

POLYANTH.

POLYANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

ALTHÆA.

1. Althæa foliis ſimplicibus, tomentoſis. *Hort. Cliff.* 348. *ſpec. pl.* 686.
   Althæa Dioſcoridis & Plin. *C. B. Pin.* 315. *Tourn. inſt.* 97.
2. Althæa foliis trifidis, piloſo-hiſpidis. *Hort. Cliff.* 349. *ſpec. pl.* 687.
   Alcea hirſuta. *C. B. Pin.* 317. *Tourn. inſt.* 98.
   Ad rupes littori maris propinquas.

LAVATERA.

1. Lavatera caule arboreo, foliis ſeptem-angularibus, tomentoſis, plicatis, pedunculis confertis, unifloris, axillaribus. *Hort. Upſ.* 202. *ſpec. pl.* 690.
   Lavatera foliis ſeptem-angularibus, obtuſis, plicatis, villoſis, caule fruticoſo, floribus ad alas confertis. *Hort. Cliff.* 348.
   Malva caule arboreo, foliis obtu-

ſis, palmatis, plicatis. *Hall. Gott.* 120.

Althæa maritima arborea Veneta. *Tourn. inſt.* 97.

Ibidem.

2. Lavatera caule fruticoſo, foliis quinque lobo-haſtatis. *Hort. Upſ.* 202. *ſpec. pl.* 690.

Lavatera foliis quinquangularibus, acutis, crenatis, laciniâ mediâ productiore. *Hort. Cliff.* 348.

Althæa fruteſcens, folio acuto, parvo flore. *C. B. Pin.* 316. *Tourn. inſt.* 97.

Suffrutex caule lignoſo, ramoſo, glabro. Folia longè pedunculata; prima obſcurè quinque-loba; ſecunda diſtinctè & acutè quinque-loba; poſtrema triloba, haſtata: mollia omnia, incana, non hirſuta.

3. Lavatera caule fruticoſo, foliis ſubcordatis, ſubtrilobis, rotundatis, crenatis, ſtipulis cordatis, pedunculis unifloris. *Spec. pl.* 691.

Lavatera foliis ſubcordatis, emarginatis, obſoletè trilobis, crenatis, petiolo brevioribus, ſtipulis cordatis. *Roy. Prodr. Leyd.* 355.

Malva foliis ſubcordatis, trilobis, obtuſis, ſerratis, villoſis. *Hort. Cliff.* 347.

Althæa fruteſcens, folio rotundiore, incano. *C. B. Pin.* 316. *Tourn. inſt.* 97.

Inhabitat rupes littoris, & agri Nicaenſis.

4. Lavatera caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus incisis. *Hort. Upſ.* 203. *ſpec. pl.* 691.

Lavatera foliis inferioribus cordato-ſubrotundis, ſuperioribus lobatis, crenatis, calycibus utrinque incisis, caule herbaceo. *Roy. Prodr. Leyd.* 355.

Althæa Thuringiaca. *Cam. Hort.* 12. *T.* 6.

In pratis, & locis incultis, ad regionem Lumpia dictam.

Acacia.

Acacia vera. *J. B.* 1. 429. *Tourn. inſt.* 605.

Acacia foliis ſcorpioidis leguminoſæ. *C. B. Pin.* 392.

Mimoſa, ſpinis geminis approxi-

matis, foliis bipinnatis, partialibus bijugatis. *Hort. Cliff.* 208. *ſpec. pl.* 521.

Ubique frequens, ad ſepes potiſſimum in agro Nicæenſi. Licèt optimè fructificet, & frequentiſſima ſit, agri tamen Nicæenſis indigena non eſt.

Opuntia.

Opuntia vulgò Herbariorum. *J. B.* 1. *p.* 154. *Tourn. inſt.* 239.

Ficus Indica, folio ſpinoſo, fructu majore. *C. B. Pin.* 458.

Cactus compreſſus, articulatus, ramoſiſſimus, articulis ovatis, ſpinis ſetaceis. *Hort. Cliff* 183.

Cactus articulato-prolifer, articulis ovatis, ſpinis ſetaceis. *Spec. pl.* 468.

Frequens eſt in agro Nicæenſi, & ſpontanea.

Digitized by Google

POLYANTHERÆ
TRISTYLÆ.

EUPHORBIA.

1. Euphorbia dichotoma, foliis crenulatis, ſubrotundis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Diſſ. Euphor.* 21. *ſpec. pl.* 455.

Euphorbia inermis, foliis obliquè cordatis, ferrulatis, uniformibus, ramis alternis, floribus ſolitariis. *Hort. Cliff.* 198.

Tithymalus exiguus, glaber, nummulariæ folio. *Tourn. inſt.* 87.

Chamæſice. *J. B.* 3. 667.

B. Tithymalus exiguus, villoſus, nummulariæ folio. *Tourn. inſt.* 87.

Chamæſyce villoſa major, cauliculis viridibus. *Schol. Bot.* 122.

Locis aridis ubique.

Eodem ex ſemine in horto noſtro nata eſt utraque Chamæſyce; *glabra*, & *villoſa*.

2. Euphorbia dichotoma, foliis integerrimis, ſemicordatis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procum-

bentibus. *Diſſ. Euph.* 23. *ſp. pl.* 455.

Euphorbia foliis ſubrotundis, obtuſis, floribus ſolitariis in foliorum alis. *Guett. Obſ.* 2. *p.* 420.

Tithymalus maritimus, folio obtuſo, aurito, rubro, perinde ac caule. *Tourn. inſt.* 87.

Peplis maritima, folio obtuſo. *C. B. Pin.* 293.

B. Tithymalus maritimus, folio obtuſo, aurito, viridi, perinde ac caule. *Tourn. inſt.* 87.

Ad maris littus.

5. Euphorbia umbellâ trifidâ, dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *Diſſ. Euphor.* 29. *ſp. pl.* 456.

Euphorbia inermis, foliis alternis linearibus, acutis, umbellâ univerſali trifidâ, partialibus dichotomis diphillis. *Hort. Cliff.* 199.

Tithymalus foliis ad caulem linearibus, obtuſis, ſub floribus lanceolatis, petalis argutè bicornibus. *Hall. Helv.* 193.

Tithymalus, ſive eſula exigua. *C. B. Pin.* 291. *Tourn. inſt.* 86.

B. Tithymalus exiguus ſaxatilis.

C. B. Pin. 291. *Tourn. inſt.* 86.

4. Euphorbia umbellâ ſub-quinque-fidâ, bifida, involucellis cordato-reni-formibus, foliis ſurſum imbricatis. *Diſſ. Euph.* 53 *ſpec. pl.* 458.

Euphorbia inermis, foliis ſetaceo-linearibus confertis, umbellâ univerſali multifidâ, partialibus ramosè bifidis. *Hort. Cliff.* 200.

Tithymalus maritimus. *C. B. Pin.* 291. *Tourn. inſt.* 86.

Ad maris littus, in ſabuloſis.

5. Euphorbia umbellâ quinque-fidâ, trifidâ, dichotoma, involucellis di-phillis reni-formibus, foliis amplexicaulibus, cordatis, ſerratis. *Diſſ. Euph.* 43. *ſpec. pl.* 459.

Euphorbia inermis, foliis denticulatis, caulinis lanceolatis, umbellarum cordatis. *Hort. Cliff.* 200.

Tithymalus characias, folio ſerrato. *C. B. Pin.* 290.

Ubique locis incultis.

6. Euphorbia inermis, foliis ligulatis ſpinulâ terminatis, ad umbellam duodenis, bracteis trigonis ſpinulâ terminatis. *Sauv. Monſp.* 51. *ſpec. pl.* 462. *cum deſcriptione.*

Tithymalus myrſinites latifolius. *C. B. Pin.* 290. *Tourn. inſt.* 86.

Locis ſiccis.

7. Euphorbia umbellâ multifidâ, bifidâ, involucellis perfoliatis, emarginatis, foliis integerrimis, caule fruteſcente. *Diſſ. Euph.* 44. *ſpec. pl.* 463. *cum deſcript.*

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, umbellâ univerſali multifidâ, partialibus dichotomis, involucris ſemi-bifidis perfoliatis. *Hort. Cl.* 199.

Tithymalus characias rubens peregrinus. *C. B. Pin.* 290.

Tum in convallibus, tum locis ſiccis ubique copioſè.

8. Euphorbia umbellâ quinque-fidâ, trifidâ, dichotoma, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, capſulis lanatis. *Diſſ. Euph.* 39. *ſpec. pl.* 460.

Euphorbia inermis fruticoſa, foliis lanceolatis, involucro univerſali quinque-fido, partialibus trifidis, reliquis bifidis. *Hort. Upſ.* 142.

Tithymalus arboreus, caule corallino, folio hyperici, pericarpio barbato. *Boërh. Lugd. Bat.* 1. *p.* 256.

In ſolo arido & macro provenit.

9. Euphorbia umbellâ quinque-fidâ, trifidâ, dichotoma, involucellis obovatis, foliis cunei-formibus, ſerratis. *Diff. Euph.* 42, *ſpec. pl.* 459.

Euphorbia foliis crenatis, umbellâ univerſali quinque-fidâ pentaphillâ, partialibus trifidis, propriis triphillis. *Hort. Cliff.* 198.

Euphorbia inermis, foliis ſubrotundis, crenatis. *Fl Lapp.* 220.

Tithymalus foliis ſubrotundis, ſerratis, radiis umbellæ quinis latiſſimis. *Hall. Gotting. p.* 37.

Tithymalus non acris, foliis ſerratis, rotundè terminatis, radiis umbellæ quinis latiſſimis. *Hall H.* 194.

Tithymalus helioſcopius. *C. B. Pin.* 29. *Tourn. inſt.* 87.

In arvis.

10. Euphorbia umbellâ trifidâ, dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis, petiolatis. *Diff. Euph.* 27. *ſpec. pl.* 456.

Euphorbia foliis obverſè ovatis integerrimis, umbellâ univerſali trifidâ, triphillâ, partialibus dichotomis diphillis. *Hort. Cliff.* 199.

Tithymalus foliis ad caulem ova-

tis, ſubfloribus binis, cordatis, obtuſiſſimis, umbellæ radiis paucis vagiſque. *Hall. Helv.* 193.

Tithymalus foliis ovatis, involucris bifoliis, cordatis, obtuſiſſimis. *Hall. Goting. p.* 36.

Tithymalus foliis rotundis, non crenatis. *Fl. L. Bat. Tourn. inſt.* 87.

In hortis.

11. Euphorbia umbellâ quinque-fidâ, bifidâ, involucellis ſubovatis, foliis lanceolatis, obtuſis, integerrimis. *Diſſ. Euph.* 35. *ſpec. pl.* 457.

Tithymalus montanus non acris. *C. B. Pin.* 292. *Tourn. inſt.* 86.

In pratis, & locis humidis.

12. Euphorbia, ſeu Tithymalus marinus, acuto lini folio. *Barrel. Ic.* 831.

Tithymalo maritimo affinis, linariæ folio. *C. B. Alypum Cam. Epit.* 985. *Bona icon.*

Ubique ad rupes prope mare, & reperitur etiam ad rupes ſecus viam inter *Saurgium & Brelium.*

13. Euphorbia, ſeu Tithymalus annuus ſupinus, folio rotundiore, acuminato *Tourn. inſt.* 87.

Peplis minor. *J. B.* 3 670.

CLASSIS II:

PLANTÆ FLORE PERFECTO, ſimplici, irregulari, Monopetalo.

DIANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

SALVIA.

SALVIA foliis obtuſis, crenatis, bracteis ſummis ſterilibus majoribus, coloratis, *Vir. Cliff.* 4. *ſpec. pl.* 24.

Horminum ſativum, *C. B. Pin.* 238

Horminum comâ purpuro-violaceâ, *J. B* 3. 309.

ROSMARINUS.

Roſmarinus. *Hort. Cliff.* 14. *ſpec. pl.* 23.

Roſmarinus ſpontaneus, latiore folio. *C. B. Pin.* 217.

In apricis Nicæenſibus collibus.

VERONICA.

Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis, inciſis, pedunculo longioribus. *Fl. Suec.* 16. *ſpec. pl.* 13.

Veronica foliis oppoſitis, cordatis, crenatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Hort. Cliff.* 9.

Veronica foliis ſubrotundis, crenatis, petiolis calyce minoribus. *Hall. Helv.* 535.

Veronica floſculis cauliculis adhærentibus. *Mor. Ox.* 2. 322. *Tourn. inſt.* 145.

Inter ſegetes.

TRIANTHERÆ *MONOSTYLÆ.*

VALERIANA.

1. Valeriana floribus diandris ringentibus, foliis ovatis ſeſſilibus. *Hort. Cliff.* 15. *ſpec. pl.* 31.

Valeriana foliis integris ovato-lanceolatis, flore calcari donato. *Hall. Helv.* 665

Valeriana peregrina purpurea, albave. *C. B. Pin.* 164. *Prodr.* 87.

In vineis, ad muros, aliaque loca frequens.

2. Valeriana floribus triandris dioicis, foliis pinnatis. *Spec. pl.* 31.

Valeriana foliis imis ovalibus, superioribus plerumque pinnatis, ſexu diſtincta. *Hall. Helv.* 663.

Valeriana foliis caulinis pinnatis, ſexu diſtincta. *Hort. Cliff.* 16.

Valeriana foliis caulinis pinnatis, polygama. *Vir. Cliff.* 5.

Valeriana paluſtris minor. *C. B.*

Valeriana paluſtris inodora, parum laciniata. *C. B. Pin.* & *Prodr.* p. 86.

Ad rupes humidas, & umbroſas.

3. Valeriana floribus triandris, foliis ſubdentatis, radicalibus ovatis, pedunculis communibus elungatis. *Sp. pl.* 33.

Valeriana Alpina nardo Celticæ ſimilis. *C. B. Pin.* 165.

In colle Montalboni collecta fuit.

4. Valeriana floribus monandris, foliis pinnatifidis. *Hort. Upſ. 14. ſpec. pl. 31.*

Valeriana foliis pinnato-laciniatis, floribus monandris. *Vir. Cliff.* 4.

Valeriana foliis calcitrapæ. *C. B. Pn. 164*

Locis umbroſis.

Valerianella.

Valerianella ſemine ſtellato. *Tourn. inſt. 133 Hall. Gotting. 351.*

Valerianella ſemine ſcabioſæ, ſtellato, hirſuto. *Col. Ecphr. 209*

Secus arva potiſſimùm.

Hæc Valerianella, unâ cum Creticâ veſicariâ, aliiſque, ad unam Valerianellam arvenſem ſerotinam, &c. *Tourgef.* à Cl. Linnæo referuntur tanquam varietates. Adduci vix poſſum, ut credam Creticam veſicariam diſtinctam ſpeciem non eſſe: exiſtimo etiam, Valerianellam hanc ab arvenſi ſerotinâ reapſe differre.

TETRANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

TEUCRIUM.

1. Teucrium fruticans incanum, Creticum, flore purpureo. *Barrel. Ic 896. Icon bona.*

Teucrium Creticum odoratum, flore purpureo. *H. R. Par.*

Teucrium Creticum. *Cluſ. Hiſt.* 348.

Chamaedrys fruticoſa Cretica, flore purpureo. *Tourn. inſt.* 205.

Prope *Villafrancam* inter ſaxa enaſcitur copioſè; reperitur etiam ad rupes de *Rocca-tagliadas*, prope l'*Eſcarene*.

Cluſius adnotat, hanc plantam miſſam ipſi fuiſſe ex Cretâ ſub appellatione *Chamaedryos majoris*. Eodem nomine venit apud Nicæenſes Pharmacopolas, qui Chamaedryos vulgaris loco utuntur. Amari ſaporis eſt, à ſapore vulgaris Chamaedryos non diſſimilis.

Planta tota ſuaviſſimè odorata eſt:

caulеſcit habitu lignoſo, caulibus angulato-rotundis, incano-piloſis. Folia petiolata firma, ſubtus incana, minimè ſplendentia, quercina, quaſi cordata, dentibus rotundis utrinque ſex aut octo. Caules terminantur floribus verticillatis, cum verticillis ſexfloris. Calix floris campanulatus, dentibus æqualibus triangularibus. Semina quaterna, nigra, lævia, ex unâ parte rotunda, ex alterâ angulata.

2. Teucrium, ſeu Polium maritimum erectum Monſpeliacum. *C. B. Pin.* 221. *Tourn. inſt.* 206.
Polium Monſpeſſulanum. *J. B.* 3. 699.
Ubique circa Nicæam frequens.

B U G U L A.

Bugula foliis trifidis, floribus ſparſis in foliorum alis. *Hall. Helv* 634.
Teucrium foliis trifidis, linearibus, integerrimis, floribus ſeſſilibus axillaribus. *Hort. Upſ.* 160. *ſp. pl.* 562.
Teucrium foliis ſimpliciter trifidis *Hort. Cliff.* 301.
Chamæpithys lutea vulgaris, folio

lio trifido. *C. B. Pin.* 249.

In arvis, ſed minimè frequens.

2. Bugula, quæ Teucrium, foliis ſubtridentatis linearibus, floribus ſeſſilibus. *Spec. pl.* 563.

Teucrium foliis lanceolatis, obtuſis, dentatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Roy. Leyd Prodr.* 306.

Chamoepithys moſchata, foliis ſerratis. *C. B. Pin.* 249.

In collibus ſiccis, locis incultis.

Varietas reperitur foliis omnibus integerrimis.

LAMIUM.

Lamium foliis floralibus ſeſſilibus, amplexi-caulibus, obtuſis. *Hort. Cliff.* 314. *ſpec. pl.* 579.

Lamium foliis ſuperioribus amplexi-caulibus, inciſis. *Hall. Helv. p.* 641.

Lamium folio caulem ambiente minus. *C. B. Pin.* 231.

GALEOPSIS.

1. Galeopſis internodiis caulinis æqua-

libus, verticillis omnibus remotis. *Spec. pl.* 579.

Galeopſis foliis longè ellipticis, ſubhirſutis. *Hall. Helv.* 645.

Galeopſis ramis ſummis pubeſcentibus *Hort. Cliff.* 314.

Galeopſis parula ſegetum, flore purpuraſcente. *Tourn. inſt.* 185.

Abundè inter ſegetes.

2 Galeopſis caule piloſo, calycibus labio corollæ ſuperiore longioribus. *Spec. pl.* 580.

Galeopſis Hiſpanica annua, rotundiore folio. *Tourn. inſt* 186.

Ocymaſtrum Valentinum *Cluſ. Hiſt.* 2. *p.* 42. mediocri icone.

Radix parva duriuſcula, & ex eâ plures caules cubitales procumbentes, ad ſingulas ferè conjugationes ramoſi, ramis etiam interdum denuò ramoſis, caules quadranguli multùm hiſpidi, villo firmo, non tamen pungente. Folia oppoſita petiolata, cum petiolo ſubrubenti ſæpè, & ſimiliter hiſpido. Folia glabra, obtusè dentata, cordato-oblonga, obtusè terminata. Rami longè in verticillis ſexfloris florigeri. Ca-

lix patens tubulatus, ſemi-quinque dentatus, dentibus æqualibus, & in ſpinas inermes abeuntibus. Flos labiatus albus, cum tubo calyce paulùm breviori. Labium ſuperius primùm cochleatum fit; poſteà coarctatur, & veluti per iſthmum duas lineari-rotundas alas gerit. Inferius labium, ſeu barba, ſecatur in duas breves alas acutás, & medium amplum bifidum ſegmentum Labii inferioris media pars luteſcit, & fauces punctis purpuraſcentibus ſignantur. Filamenta purpurea ſunt, antheræ obſcuræ. In hoc flore obſervavi labium ſuperius integrè explicari, anteaquam ſe ſe explicet labium inferius. Folia floralia in poſtremis verticillis integerrima ſunt, & ovato-oblonga. Semina ſunt rotunda, nigra, ſplendentia, quatuor, citò in calyce adhuc viridi maturantia. Planta tota ſpirat odorem plurium Galeopſidum.

In exſuccis collibus vulgaris planta eſt.

In eâ deſcribendâ diligentiores fuimus, ut probè noſtra ſtirps inno-

teſcat: icon & deſcriptio Cluſii noſtram indicare ſtirpem mihi viſæ ſunt. Verum in noſtrâ calyces longiores non ſunt labio ſuperiore corollæ, uti affirmat Linnæus.

Curioſa eſt, & planè ſingularis, in corollâ labii ſuperioris in duo veluti cornua divaricatio, & eâ recedere videtur à reliquis ſpeciebus Galeopſidis.

Stachys.

Stachys verticillis multifloris, foliorum ſerraturis imbricatis. *Spec. pl.* 581.

Stachys verticillis quadragintafloris, caule lanato. *Hort. Upſ.* 170.

Stachys foliis tomentoſis, albis, verticillis denſiſſimis ad baſim exſectis, longè decreſcentibus. *Hall. Helv.* 643.

Stachys foliis oblongo-cordatis, floribus verticillatis. *Hort. Cliff.* 309.

Stachys major Germanica. *C. B. Pin.* 236.

Locis humidiuſculis.

BRUNELLA, *Tourn.* PRUNELLA, *Linn.*

Brunella, quæ Prunella, foliis lanceolato-linearibus, ciliatis, ſubſeſſilibus. *Sauv. Monſp* 141.

Brunella hiſſopi-folia, *C. B. Pin.* 261.

Reperit D. Giudice in ſolo pingui cujuſdam collis, & in ſilvâ quâdam ſeptentrionem ſpectante.

Caules angulati, rubentes, pilis hiſpidi, folia oblongo-acuminata, oppoſita, integerrima, limbo & coſtâ pilis rigidis ciliatâ. Folia interim glabra; habitus plantæ ſtrigoſus eſt.

CATARIA.

Cataria Betonicæ folio anguſtiore, flore cœruleſcente. *Gerb. Tan.* 87.

Nepeta floribus paniculatis, foliis lanceolatis, ſerratis, ſeſſilibus. *Spec. pl.* 570.

SIDERITIS, *Linn.*

Sideritis foliis lanceolatis, ſubdentatis, bracteis cordatis dentato-ſpinoſis,

calycibus æqualibus. *Spec. pl.* 575.

Sideritis foliis hirſutis, profundè crenatis. *C. B. Pin.* 233.

Ad rupes, & colles Nicæenſes.

C U N I L A.

Cunila calycem laciniâ ſuperiore latiore, ovatâ, trinervi. *Hort. Cliff.* 313.

Sideritis herbacea decumbens, calycibus ſpinoſis, labio ſuperiori indiviſo. *Spec. pl.* 575.

Murrubiaſtrum Sideritidis folio, calyculis aculeatis, flore candicante. *Tourn. inſt.* 190.

Sideritis genus ſpinoſis verticillis. *J. B.* 3. 428.

Ad colles aridos.

S A T U R E I A, *Linn.*

1. Satureia verticillis faſtigiatis, concatenatis, foliis lineari-lanceolatis. *Spec. pl.* 567.

Satureia floribus verticillatis, foliis lanceolatis, glabris. *Roy. Leyd. Prodr.* 324.

Satureia ſpicata. *C. B. Pin.* 218.

In macro ſolo collium Nicæenſium, & in arenoſis torrentis Paillou.

2. Satureia pedunculis bifloris. *Vir. Cl.* 87. *Spec. pl.* 568.

Satureia hortenſis. *C. B. Pin.* 218.

3. Satureia pedunculis corymboſis, lateralibus geminis, bracteis calyce brevioribus. *Spec. pl.* 568.

Clinopodium Creticum. *Alp. Exot.* 265.

4. Satureia floribus verticillatis, foliis ovatis, acutis. *Roy. Leyd. Prodr.* 324.

Thymus fruteſcens, verticillis ferè nudis, globoſis, foliis ovato-lanceolatis. *Hort. Cliff.* 306.

Thymbra legitima. *Cluſ. Hiſt.* 1. p. 358.

In collium ſaxoſis.

5. Satureia pedunculis dichotomis, lateralibus ſolitariis, foliis mucronatis. *Spec. pl.* 568.

Satureia pedunculis dichotomis, verticillis concatenatis. *Vir. Cliff.* 57.

Calamintha fruteſcens, Satureiæ folio, facie & odore. *Tourn. inſt.* 194.

Satureia montana. *C. B. Pin.* 218.

In ſaxoſis collium Nicæenſium, & *arenoſis* Paillou.

THYMUS.

1. Thymus erectus, foliis revolutis, ovatis, floribus verticillato-ſpicatis. *Hort. Cliff.* 305 *ſpec. pl.* 59.
   Thymus vulgaris, folio tenuiore, *C. B. Pin.* 219.
   B Thymus vulgaris, folio latiore. *C. B. Pin.* 219.
   In apricis, ſaxoſis collium Nicæenſium.
2. Thymus floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis, obtuſis, baſi ciliatis *Fl. Suec.* 477.
   Thymus verticillis in ſummis ramis congeſtis, foliis ovalibus, baſi ciliatis, flore minore, *Hall. Helv.* 654.
   Serpillum vulgare minus, *C. B. Pin.* 220. cum aliis varietatibus, de quibus conſule Hallerum L. c.
   Thymus repens, foliis planis, floribus verticillato-ſpicatis *Hort. Cl.* 306.
   Ubique vulgatiſſima planta.
3. Thymus....
   An Serpillum Alpinum latifolium

præcox, glabrum, foliis majoranæ, floribus purpuraſcentibus, exiguis, in ſpicam brevem & denſam congeſtis, ſtaminulis breviſſimis. *Mich. H. Fl.*

Plantula palmo minor, habitu ferè lignoſo. Caules erecti, ramoſi, duri, rubentes, leviſſimè incani, quadranguli.

Folia *ocymi minimi*, *C. B.* non ciliata: flores parvi in denſis verticillis. Flores in unoquoque verticillo ultra duodecim. Planta tota ſuaviſſimè odorata, citri odore. Huic ſimile ſpecimen in Etruriæ Alpibus lectum miſit Ferdinandus Baſſius Bononienſis,

MOLUCCA, *Tourn.* MOLUCCELLA, *Linn.*

Molucca, quæ Moluccella, calycibus quinquefidis, corollis calyce longioribus. *Spec. pl.* 587. cum deſcript.

Scordium ſpinoſum, floris labio ſuperiore, ſeu galeâ lanuginoſâ, ſeu villoſâ. *Sherard Raji ſuppl.* 311. cum deſcript.

In viciniis Saurgii reperit rariſſi-

mam hanc ſtirpem D. Giudice, & floribus deſtitutum exemplar communicavit. Cùm nova ex communicato ſpecimine ſtirps videretur, curavi per amicorum operam ejuſdem florentia ſpecimina mihi comparare; & floris examine inſtituto, vidi ad Moluccæ genus reduci poſſe. Primò enim dubitabam, num Scordii ſpecies aliqua eſſet. Demum ad manus meas perveniente opere præclaro *Species plantarum* celeberrimi Linnæi, ſummâ cum voluptate vidi, habitam ab hoc ſummo viro hujus ſtirpis mentionem fuiſſe, & ad Moluccellæ genus relatam.

Naſcitur ad rupes, ſecus viam, inter *Tenda* & *Preglio*, potiſſimum à *Saurgio* ad *Brelum*. Eo quòd parùm nota ſtirps ſit, & aliqua peculiariter addenda habeamus, noviter & nos deſcribimus.

Fruticulus eſt per dichotomiam valdè ramoſus, cauliculis & ramis rotundis & ſtriatis, ligooſis; rami toti florigeri ſunt, floribus in ſingulo verticillo à duobus ad ſex. Spinæ ad ortum foliorum quatuor, reverâ

ſunt utrinque duo. Folia breviter petiolata, ovalia aut integra, aut margine ter vel quinque dentato, dentibus obtuſis; nervoſo-venoſa ſunt, & breviter piloſa. Calyces ſunt decem ſtriati, tubulati, glabri, orâ quinquefidâ & patenti. Striæ majores ſegmenta calycis dividunt; intermediæ minores ad interſtitia uſque ſegmentorum calycis perveniunt. Striæ majores ſemper in ſpinas abeunt; non ita minores. Summus numerus ſpinarum ad limbum calycis mihi decennario major non occurrit. Tubus floris tubo calycis pene æqualis. Galea multùm fornicata, ſtamina & ſtylum in ſinu ſuo fovens, alto & denſo undique villo tecta. Barba trifida eſt; alæ nempe adſunt acutæ duæ, & ſegmentum medium cordatum emarginatum eſt. Stylus bicornis; apices ſunt obſcurè purpurei. Foliorum, uni petiolo comprehenſo, longitudo eſt ſœpe unius pollicis Pariſienſis cum latitudine dimidii. Caulium & ramorum ſumma longitudo ſœpè palmaris.

Clinopodium.

Clinopodium capitulis ſubrotundis, hiſpidis, bracteis ſetaceis. *Spec. pl.* 587.

Clinopodium verticillis denſiſſimis, diſſitis, foliis ex menthâ ovatis, acuminatis. *Hall Helv.* 653.

Clinopodium Origano ſimile, elatius, majore flore. *Tourn inſt.* 194.

Clinopodium foliis ovatis, capitulis verticillaris, *Vir. Cliff.* 305.

Lavandula.

1. Lavandula foliis lanceolatis, integris, ſpicis nudis, *Hort. Cliff.* 303. *ſpec. pl* 572.

Lavandula latifolia. *C. B. Pin.* 216.

In macris collibus, & ſabuloſis locis torrentium.

2. Lavandula foliis lanceolato-linearibus, ſpicâ comoſâ. *Hort. Cliff.* 303. *ſpec. pl.* 573.

Sthæchas purpurea. *C B. Pin.* 216.

Ubique in ſilvis, & locis apricis,

OROBANCHE.

Orobanche caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus incluſis. *Spec. pl.* 632.

Orobanche caule ſimplici, albido, foliis ſub flore longioribus. *H. Helv.* 610.

Orobanche caule ſimplici, bracteis longioribus. *Sauv. Monſp.* 5.

Orobanche caule ſimpliciſſimo. *Hort. Cliff.* 321.

Orobanche major, caryophillum olens. *C.B. Pin.* 87.

BARTSIA.

Bartſia foliis ſuperioribus alternis, ſerratis, floribus lateralibus. *Spec. pl.* 602.

Pedicularis, lutea, viſcoſa, ſerrata, pratenſis. *Tourn. inſt.* 172.

Alectorolophos Italica luteo pallida. *Barrel. ic.* 665. *p.* 209. cum deſcriptione.

MELAMPYRUM.

Melampyrum bracteis cordato-lanceolatis, ſummis coloratis, ſterilibus, calycibus lanatis. *Fl. Suec.* 512

Melampyrum ſpicâ laxiſſimâ, foliis inter flores laciniatis, patentibus. *Hall. Helv.* 627.

Melampyrum comâ cœruleâ. *C. B. Pin.* 234.

ODONTIDES.

Odontides foliis linearibus, omnibus integerrimis, floribus luteis densè ſpicatis.

Aſpectus huic eſt *Euphraſiæ pratenſis luteæ, C. B. Pin.* 234. Folia in noſtrâ tenuiora, penè capillaria, omnia integerrima. Flores lutei, pro plantæ ratione magni, pedunculati, densè & longè ſpicati.

Frequens eſt in locis aridis & incultis collium Nicaenſium.

ANTIRRHINUM.

1. Antirrhinum foliis haſtatis, alternis, caule flaccido. *Hort. Cliff.* 323. *ſpec. pl.* 612.

Elatine folio acuminato, in baſi auriculato, flore luteo. *C. B. Pin* 253.

Antirrhinum foliis imis conjugatis, ſuperioribus alternis, ad baſim hamatis. *Hall. Helv.* 613.

Linaria ſegetum, nummulariæ folio aurito & villoſo, flore luteo. *Tourn. inſt.* 169.

2. Antirrhinum foliis ovatis, alternis, caule flaccido. *Hort. Upſ.* 175. *ſpec. pl.* 613

Linaria ſegetum, nummulariæ folio villoſo. *Tourn. inſt.* 169

Elatine folio ſubrotundo. *C. B. Pin.* 253.

Utraque in arvis.

3. Antirrhinum foliis lanceolatis, glabris, inferioribus quaternis, caule erecto, paniculato, floribus ſpicato-capitatis. *Spec. pl.* 614. cum deſcript.

Antirrhinum erectum, foliis li-

nearibus, imis verticillatis, pauciflorum. *Sauv. Monſp.* 165.

Linaria luteo-parva annua *J. B.* 3. *p.* 457.

In arvis collium Nicæenſium provenit.

Deſcriptioni Cl. Linnæi addatur, ſemen eſſe compreſſum, cordato-rotundum, cum hilo. Folia primùm quaterna, deinde tria, duo, ſingularia.

4. Antirrhinum foliis ſublinearibus, infernè quaternis, calycibus capſulæ æqualibus. *Spec pl.* 614.

Antirrhinum foliis linearibus, alternis, ſæpius oppoſitis, acuminatis, floribus laxè ſpicatis. *Roy. Prodr. Leyd.* 296.

Antirrhinum foliis lanceolato-linearibus, ſparſis, calycinis laciniis capſulæ æqualibus. *Guett. Obſ.* 2. *p.* 204.

Linaria anguſti-folia, flore cinereo, ſtriato. *Dill. Elth. p.* 198. cum icone.

5. Antirrhinum foliis linearibus, confertis, caule nitido, paniculato, pedunculis ſpicatis, nudis. *Roy. Prodr.*

perfect. ſimpl. irreg. Monopetalo
Prodr. Leyd. 297. ſpec. pl. 616.

Linaria capillaceo folio, odora. *C. B. Pin. 213. Prodr. 106 n 4.*

In collibus, & macro ſolo incultoque.

6. Antirrhinum foliis lanceolatis, obtuſis, alternis, caule ramoſiſſimo, diffuſo. *Hort. Cliff. 324. ſpec. pl. 617*

Anthirrhinum foliis longis, obtuſis, viſcidis, caule erecto, ramoſiſſimo, calcare brevi. *Hall. Helv. 615.*

Linaria pumila vulgatior arvenſis. *Tourn. inſt. 169.*

Antirrhinum arvenſe minus. *C. B. Pin. 212.*

In ſabuloſis torrentis Paillou.

SCROPHULARIA.

Scrophularia foliis cordatis, ſuperioribus alternis, pedunculis axillaribus bifloris. *Hort. Cliff. 322. ſpec. pl. 621.*

Scrophularia urticæ folio. *C. B. Pin. 236*

In umbroſis.

Caulis in noſtro ſpecimine paulò ultra palmum altus; quadrangularis eſt, & quadriſulcatus, rubens, ex radice fibroſâ parvâ ortus. Folia petiolata, cordato-oblonga, margine dentato, dentibus ſœpè alternè minoribus, glabra, obſcurè virentia, venoſa, venis pupureis. Folia floralia alterna, acutiora, & ex earum alis pedunculus biflorus.

PENTANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

ECHIUM.

1. Echium lato plantaginis folio Italicum. *Juſſ. in Barrel. Obſ.* 145.

Lycopſis lato plantaginis folio Italica. *Barrel ic.* 1026 Benè.

Ubique ad vias, & locis ſiccis reperitur.

Radix rubra, folia formâ plantaginis, nervoſa, longè lingulata, pilis molliter hiſpida, minutim verrucoſa. Caulina ſeſſilia, ex cordatâ baſi, linguiformia, fine obtuſo. Caules decumbentes palmares; flores du-

perfect. ſimpl. irreg. Monopetalo. 61 plo & amplius longiores calyce, cum ſtaminibus æqualis cum corollâ longitudinis.

Radix intentè rubra vim tinctoriam anchuſæ ſimilem promittit.

2. Echium corollis vix calicem excedentibus, margine villoſis. *H. Upſ.* 35 *ſpec. pl.* 239.

Echium majus & aſperius, flore albo. *Cam. Epit.* 738.

In collibus ſiccis vulgare eſt.

Coris.

Coris. *Hort. Cliff.* 68. *ſpec. pl.* 177.

Coris cœrulea maritima. *C. B. Pin.* 280.

Ad colles maximè ſiccos, ſimileſve rupes occurrit, flore rubro, & cœruleo.

Verbascum.

Verbaſcum......

Ignota Verbaſci ſpecies Caulis eſt (in meo ſpecimine) palmum cum dimidio altus. Folia ſunt cordato-oblonga, pauliſper acuminata, leviter denticulata, ſeſſilia. Caulis ru-

bens. Flores in alis foliorum ſeſſiles, lutei, quinque-fidi, ſingulares, longè ſpicati. Univerſa ſtirps denſiſſimo tomento albicante donatur, eoque dentes foliorum occultantur.

Ad foſſas, & locis humidis.

HEXANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

ARISTOLOCHIA.

Ariſtolochia foliis cordatis, ſubſeſſilibus, obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Spec. pl.* 962.

Ariſtolochia caule infirmo, ramoſo, foliis cordatis integerrimis, floribus ſolitariis, erectis. *Hort. Cl.* 432.

Ariſtolochia rotunda, flore ex purpurâ nigro. *C. B. Pin.* 307.

CLASSIS III.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, monopetalo, compoſito, tubuloſo.

GLOBULARIA.

1. GLOBULARIA caule fruticoſo, foliis lanceolatis, tridentatis, integriſque. *Roy. Leyd Prodr.* 190. *ſpec. pl.* 95.

Globularia fruticoſa, mirthi folio tridentato. *Tourn. inſt.* 467. *Gard.* cum icone.

Alypum Monſpelienſium, ſeu frutex terribilis. *Niſſolii, Act. Gall.* 1712. cum icone & deſcript.

In ſilvis, in locis incultis, ad rupes ubertim provenit.

2. Globularia caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. *Fl. Suec.* 109. *ſpec. pl.* 96.

Globularia caule folioſo, foliis ovatis integerrimis. *Hort. Cliff.* 490.

Globularia vulgaris. *Tourn. inſt.* 461.

Bellis cœrulea, caule folioſo. *C. B. Pin.* 262.

Scabiosa.

1. Scabioſa corollulis quadrifidis æqualibus, ſquamis calycinis ovatis, obtuſis, foliis pinnatifidis. *Hort. Cl.* 30 *ſpec. pl.* 98.

   Scabioſa fruticans, anguſtifolia, alba. *C. B. Pin* 270.

   In collibus aridis.

2. Scabioſa corollulis quinque-fidis, foliis diſſectis, receptaculis florum ſubrotundis. *Hort. Cliff.* 31, *ſpec. pl.* 100.

   Scabioſa ſtellata folio laciniato major. *C. B. Pin.* 271.

3. Scabioſa foliis omnibus pinnatis, hiſpidis, caule nudo, non ramoſo. *Hall. Helv.* 670.

   Scabioſa Alpina hirſuta, multifida, repens. *Bocc. Muſ.* 2 *p.* 22. *T.* 6.

   Inter Nicæenſes ſtirpes & hanc re-

Digitized by Google

peri Scabioſam, quæ in ſaxoſis apricis Alpium Pedemontii frequentiſſima eſt.

4. Scabioſa glabra, foliis rigidis, viridibus. *J. B.* 3. 8.

In collibus incultis.

5. Scabioſa corollulis quinque-fidis, ramoſa, humilis, foliis lanceolatis, integerrimis.

Caule ſurgit duriuſculo, glabro, ramoſiſſimo, ſemipalmari. Folia oppoſita lanceolata integerrima. Rami finiuntur unico flore cœruleo. Calyce quinquefolio excipiuntur floſculi ſæpe quatuor, quos ſequuntur ſemina ſericea membranâ coronata.

Occurrit abunde ſecus arva agri Nicæenſis.

6. Scabioſa monſtruoſa, foliis pinnatis, Alopecuri capitulo, florum pediculis longiſſimis imbricatim inæqualibus. Varietas, ut puto, eſt Scabioſæ cujuſdam curioſiſſima. Caules habet cubitales, & bicubitales. Folia ad ramorum diviſiones ponuntur: ſunt autem pinnata, pinnis ſimplicibus, rarò dentatis. Flores ſingulares finiunt ramos longiſſimè nudos. Ca-

pitulum floris *Alopecuri* inſtar ſe habet: calix communis ex decem foliolis æqualibus triangulari-acuminatis, placentâ oblongâ, ex quâ pedunculi unciales, aut longiores, brevioreſve, qui in ſummo ſuſtinent brevem calycem, ſeu coronam quadripartitam membranaceam, laciniis dentatis. Hâc excipitur calix ex quinque ca' illamentis longis, ex quorum medio ſurgit fructûs rudimentum, cui inſidet. Parvus flos, corollâ quinque-fidâ, qui videtur vireſcens fuiſſe,

Tanacetum.

Tanacetum caule ramoſo, foliis elliptico-acuminatis, ſerratis, ramis unifloris.

An Chryſanthemum Luſitanium, foliis anguſtis dentatis. *Tourn. inſt.* 492. vel

An Chryſanthemum bellidis, folio ſerrato, *Griſlei*? Eleganti huic ſtirpi habitus eſt omninò *Leucanthemi vulgaris.* Caules bicubitales, rotundi, erecti, ſtriati, ramoſi. Folia amplâ baſi, ſed abſque auriculis, ſeſ-

filia, deinde longe elliptica, quaſi linearia, fine aut ſubrotundo, aut acuminato, quod ſœpius accidit. Ramorum folia vix ſerrata, tenuia. Flores ampli, lutei ſingulares in extremis ramis longe nudis. Calix patens, amplus, ex ſquamis imbricatis.

ABROTANUM.

Abrotanum mas anguſti-folium minus. *C. B. Pin.* 136.

Abrotanum odoratum humile, denſe fruticoſum. *Lob. Ic.* 869 *Obſ.* 444.

Abrotanum odoratum humile. *Dod. Pempt.* 22.

Abrotanum cum pulchris corymbis. *J. B.* 3. 194.

Secus viam, prope locum Tende.

Altitudo pedalis & ſeſquipedalis. Folia tenuiter & in ſimplices plerumque lobos diviſa. Caules erecti longiſſimè, floriferi. Flores ex alis pendent ſingulares, pedunculati. Folia floralia ſimplicia. Odoratiſſima ſtirps eſt.

ABSINTHIUM.

Abſinthium arboreſcens. *Lob. Ic.* 753.
Artemiſia, foliis radicalibus à caulinis diverſis. *Gmel. Sib.* 11. *T.* 51.

ECHINOPUS, *Tourn.* ECHINOPS, *Linn.*

1. Echinopus, ſeu Echinops, calyculis unifloris, caule multifloro, foliis ſpinoſis ſupra midis. *Spec. pl.* 815.
Echinopus floribus capitatis, calycibus unifloris. *Hort. Cliff.* 390.
Echinopus major. *J. B.* 3. 69.

2. Echinopus, ſeu Echinops, calyculis unifloris, caule uni-capitato. *Spec. pl.* 815
Echinops caule ſub unifloro. *Hort. Upſ.* 248.
Echinops caule ſub-unifloro, foliis duplicato-pinnati-fidis, foliolis latiuſculis vicinis. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 100.
Echinopus minor. *J. B.* 3. 72.
Ad aridos colles.

Senecio.

1. An Senecio, corollis radiantibus planis, calyce longioribus, integris, foliis pinnati-fidis, laciniis linearibus diſtantibus. *Hort. Upſ.* 260. *ſpec. pl.* 869.

Jacobæa laciniatis foliis, tanaceti odore. *Dill. mſſ.* Folia linearia, tenuia, pinnata, pinnis iterum pinnatis, vel potiùs irregulariter corniculatis, fine ſœpiùs acuto. Altitudo vix palmaris. Tanacetum olet, & aliquid viſcidi habuiſſe videtur.

2. Senecio corollis radiantibus, foliis pinnati-fidis, dentatis, ſubhirtis, caule erecto. *Spec. pl.* 869.

Jacobæa altiſſima, foliis erucæ artemiſiæve ſimilibus, & æmulis. *Rupp. Jen.* 176.

In arvis collium Nicæenſium abundè.

Ibidem hujus Senecionis varietas reperitur foliis ſplendide virentibus, & glabris.

3. Senecio, qui Jacobæa tenuiſſimè laciniata, buphthalmi flore. *H. R. Par. Tourn. inſt.* 486.

Jacobæa Sicula, Chryſanthemi facie. *Bocc. Rar. 66.*

Gnaphalium.

1. Gnaphalium foliis ſemi amplexi-caulibus, enſi-formibus, repandis, obtuſis, utrinque pubeſcentibus, floribus conglomeratis. *Roy. Prodr. Leyd.* 149.

Gnaphalium foliis molliſſimis, tomentoſis, obtuſis, umbellâ argenteâ caulem terminante. *Hall. Helv.* 699.

Elichryſum ſilveſtre latifolium, capitulis conglobatis. *C. B. Pin.* 264.

Gnaphalium ad ſthœcadem citrinam accedens *J. B.* 3. *p.* 160.

Secus rivulos, & fluentes aquas.

2. Gnaphalium foliis linearibus, caule fruticoſo, ramoſo, corymbo compoſito. *Hort. Cliff.* 401. *ſpec. pl.* 853.

Elichryſum, ſeu ſtœchas citrina, anguſti-folia. *C. B. Pin.* 264

In omnibus collibus aridis.

3. Gnaphalium foliis linearibus alternis, caule fruteſcente, floribus paniculatis ſubternis, terminalibus ſeſſilibus *Hort. Cliff* 401 *ſpec. pl.* 853.

Elichryſum ſilveſtre anguſti-folium, capitulis conglobatis. *C. B. Pin.* 264.

Sthœcadi citrinæ affine, capitulis parvis, raris, ſquamoſis, in pappos evaneſcentibus. *J. B.* 3. 156.

Ad rupes & vetuſtos muros.

Folia penè linearia, quæ lentè gracilia fiunt, oris retortis, ſubtus maximè tomentoſa. Caules valdè tomentoſi, ramoſi, ramis ſingulis ſœpiſſimè trifloris, floribus conglobatis.

4. Gnaphalium foliis alternis linearibus, acutis, planis, pedunculis longiſſimis, unifloris. *Hort. Cliff.* 401. *ſpec. pl.* 857.

Elichryſum ſilveſtre latifolium, flore magno ſingulari. *Tourn. inſt.* 452.

Heliochryſum ſaxatile, ſingulari capitulo acuto, & anguſto, ſtœchadis folio. *Bocc. Muſ.* 2. *p.* 142 *Tab.* 104.

Ad ſqualidas rupes, quæ mari proximæ ſunt, & collium Nicæenſium declivia.

Bocconis figura ſat bona eſt. Cau-

liculos habet hæc planta palmares & ſeſqui-palmares, rotundos, tomentoſos, primùm procumbentes, deinde erectos. Folia ex acuto principio linearia, acuto fine, pollicem unum cum dimidio longa, ſubtus tomentoſa. Caules, aut eorum rami flexuoſè eriguntur, & abeunt in ſex, ſeptem, octo ad ſummum pedunculos ſemi-palmares, nudos, unifloros. Calix componitur ſquamis triangulari-acutis, glabris, citrini lucidi coloris, per multos ordines imbricatis, & abſolutâ floreſcentiâ reflexis.

5. Gnaphalium caule ſimpliciſſimo, foliis ſuperioribus majoribus. *Roy. Prodr. Leyd.* 147.

Filago, floribus ſeſſilibus terminalibus, foliis floralibus majoribus. *Spec. pl.* 927.

Filago maritima, capite folioſo. *Tourn. inſt.* 454.

Gnaphalium umbellatum minimum. *J. B.* 3. 162.

In ſtagnis exſiccatis collium Nicaenſium.

STEHÆLINA, *Linn.*

Stehœlina foliis linearibus denticulatis, ſquamis calycinis lanceolatis. *Spec. pl.* 840.

Gnaphalium caule fruticoſo, foliis linearibus denticulatis, capitulis oblongis. *Roy. Prodr. Leyd.* 151.

Jacea capitata, roſmarini folio. *Tourn. inſt.* 445. *Mag. Hort. Monſp. Garidel*, cum icone.

Elichryſum ſilveſtre, flore oblongo. *C. B. Pin.* 265.

Stœchadi citrinæ affinis, capitulis longioribus. *J. B.* 2. 156. non benè.

Stœchas citrina altera inodora. *Lob. Ic.* 486.

Giudice collegit in ſilvâ quâdam pinuum.

Ex radice lignoſâ cauleſcente rami plures erecti, circa medium ſœpè iterùm ramoſi, ramis erectis terminatis duobus aut tribus conglobatis floribus; caules incani. Folia plura caulem ornant, ſeſſilia, inordinatè ſpectantia, linearia, oris revolutis,

ſubtùs tomentoſa; inferiora limbum ſæpè habent obtuſis & brevibus velut dentibus ſinuatum. Calix floris cylindrico-conicus, florem calyce breviorem continens; & eſt pollicis Pariſienſis penè longitudine. Componitur ex læviſſimis extus tubentibus ſquamis quindecim aut viginti, imbricatim inæqualibus; nempe interiores continuò longiores evadunt. Flores ſequuntur. Semina quadrangula, rubro obſcura, cum pappo ſeſſili multum extra calycem producto. Proportio longitudinis pappi ad ſemen eſt uti 5. ad 1. Thalamus paleaceus eſt, & ſetas habet rigidas erectas ſemine altiores, & ſemina diſtinguentes. Floſculi etiam tempore floreſcentiæ pappo multum breviores, paleis altiores. Rectè igitur à Linnæo inter Stehælinæ ſpecies recenſita eſt.

CONYZA.

Conyza cœrulea acris. *C.B. Pin.* 265.
Aſter arvenſis, cœruleus, acris. *Tourn. inſt.* 441.

Erigeton,

Erigeron, pedunculis alternis unifloris. *Hort. Cliff.* 407. *ſpec. pl.* 863.
In herboſis collibus.

Micropus.

Micropus. *H. Upſ.* 275. *ſpec. pl* 927.
Gnaphalodes Luſitanica. *Tourn. inſt.* 439.
Gnaphalium ſupinum, echinato ſemine. *Pluk. Alm.* 171. *T.* 187.
In ſabuloſis, ad maris littus.

Ambrosia.

Ambroſia foliis multifidis, racemis ſolitariis, piloſis. *Spec. pl.* 988.
Ambroſia foliis multifidis tripartitis. *Hort. Cliff.* 443.
Ambroſia maritima. *C. B. Pin.* 138.

Serratula.

Serratula foliis dentatis, ſpinoſis. *Fl. Suec.* 662. *ſpec. pl* 820.
Cirſium foliis ſemi-pinnatis, ſpinoſis, capitulis oblongis minoribus.

Hall. Helv. 680. *Gotting.* 360.

Carduus radice repente, foliis lanceolatis, dentatis, in margine aculeatis. *Fl. Lapp.* 293. *ſpec. pl.* 820.

* Cirſium arvenſe Sonchi folio, radice repente, flore purpuraſcente. *Tourn inſt.* 445.

Carduus vinearum repens, Sonchi folio. *C. B. Pin* 387.

In arvis copioſè.

Carlina.

1. Carlina caule trifloro, dichotomo, intermedio, ſeſſili. *Sauv. Monſp.* 253. *ſpec. pl.* 828.

Carlina flore purpureo-rubente, patulo. *Tourn. inſt.* 500.

Acarna flore purpureo-rubente, patulo. *C. B. Pin.* 379.

Ad maris littus, locis maxime ſiccis.

Specimina habeo caule unifloro, bifloro, & trifloro.

2. Carlina caule multifloro, corymboſo, floribus terminalibus. *Hort. Cl.* 395. *ſpec. pl.* 829.

Carlina caule ramoſo, floribus umbellatis. *Hall. Helv.* 685.

Digitized by Google

perfect. monop. compoſ. tubuloſo. 77

Carlina ſilveſtris vulgaris. *Cluſ. Hiſt.* 2. p. 155.

Locis ſiccis & macris.

CARDUUS.

1. Carduus foliis lanceolatis, ſubrepandis, glabris, decurrentibus, inæqualiter ciliatis, pedunculis alternis, calycibus inermibus. *Spec. pl.* 822.

Carduus foliis lanceolatis, glabris, integris, ciliatis, decurrentibus, calycibus inermibus. *Sauv. Monſp.* 79.

Cirſium Monſpelianum, folio longo glabro. *J. B.* 3. 44.

Ad foſſas, & fluentes aquas.

2. Carduus foliis pinnatifidis, ſpinoſis, ſeſſilibus, caule inermi, capitulis ſolitariis. *Linnæi ſpec. pl* 824.

Carduus foliis ſemi-pinnatis, pinnis ſemi-bilobis, capitulis inermibus ſingularibus. *Sauv. Monſp.* 292.

Cirſium inerme, radicibus teretibus, congeſtis, pinnis foliorum ſemi-bilobis, ramis unifloris. *Hall. Gotting.* 360.

Carduus pratenſis, Aſphodeli ra-

dice, foliis tenuiter inciſis, & latifolius. *C. B. Pin.* 377.

Ubique frequens ad rivulos, & loca etiam ſicca.

Cnicus.

Cnicus caule erecto, foliis inferioribus laciniatis, ſuperioribus integris, concavis. *Hort. Cliff.* 394. *ſpec. pl.* 826.

Cirſium inerme, floribus inter flaveſcentia folia congeſtis. *Hall. Helv.* 679.

Carduus pratenſis Acanthi folio, flore flaveſcente. *Tourn. inſt.* 441.

Carduus pratenſis latifolius. *C. B. Pin.* 376.

In umbroſis.

Carthamus.

1. Carthamus foliis integris, ovatis, ſerrato-aculeatis. *Hort. Cliff.* 394. *ſpec. pl.* 830.

Cnicus ſativus, ſive Carthamus officinarum. *C. B. Pin.* 378.

Carthamus officinarum, flore croceo. *Tourn. inſt.* 457.

Locis ſiccis abundè.

2. Carthamus caule piloſo, ſupernè lanato, foliis inferioribus pinnatifidis, ſummis amplexi-caulibus. *Hort. Upſ.* 251. *ſpec. pl.* 830.

Carthamus foliis amplexi-caulibus, acuminato dentatis. *Hort. Cl.* 394.

Atractylis ſucco ſanguineo, flore luteo. *Hall. Helv.* 685.

Atractylis Dodonæi, Camerarii, &c.

Ad vias.

CLASSIS IV.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, monopetalo, compoſito, lingulato.

HEDYPNOIS.

HEDYPNOIS annua. *Tourn. inſt.* 478.

Lapſana calycibus fructûs capitatis, dehiſcentibus, pedunculis incraſſatis, floribus nutantibus. *Hort. Cliff.* 387.

Lapſana fructibus ſubgloboſis, glabris, ſeminibus diſci calyculato-papposis. *Hort. Upſ.* 246.

Hyoſeris fructibus ſubgloboſis, glabris, caule ramoſo. *Spec. pl.* 809.

In vineis, & arvis incultis.

ZACINTHA.

Zacintha, ſive cichorium verrucarium.

Cluſ. Hiſt. 2. 145. *Tourn. inſt.* 476.

Cichorium verrucoſum, ſive Zacintha, hieraciis annumerandum. *J. B.* 2. 1013.

Lapſana calycibus fructûs ſubrotundis, angulatis, pedunculis incraſſatis, floribus erectis. *Roy. Prodr. Leyd.* 131.

Lapſana calycibus fructûs toruloſis, depreſſis, obtuſis, ſeſſilibus. *Linn. ſpec. pl.* 811.

Rhagadiolus calycis ſquamis ſeminigeris, brevioribus & glabris. *Hall. Gott.* 422.

Locis incultis mari proximis vulgatiſſima.

Folia glabra, ſemi-pinnata, pinnis triangularibus, Eryſimo conſimilia, caulina, cum paucis aut ſine pinnis, amplexi-caulia.

Tragopogon.

1. Tragopogon calycibus corollæ radio longioribus, foliis integris, ſeminibus lævibus, diſci plumoſis, radii ſetaceis. *Hort. Upſ.* 243. *ſpec. pl.* 789.

Tragopogon gramineis foliis hirſutis. *C. B. Pin.* 275.

2. Tragopogon calycibus corollâ brevioribus, inermibus, foliis lyrato-ſinuatis. *Hort. Upſ.* 244. *ſpec. pl.* 790.

Chondrilla foliis Cichorei tomentoſis. *C. B. Pin.* 130.

In vineis & arvis.

CHONDRILLA.

Chondrilla. *Hort. Cliff.* 383. *ſpec. pl.* 796.

Chondrilla foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis lanceolato-linearibus. *Wach. Ultraj.* 223.

Chondrilla juncea, viſcoſa, arvenſis. *C. B. Pin.* 30.

Ad aggeres, & locis incultis.

PICRIS.

Picris perianthiis involucro maximo cinctis. *Hort. Upſ.* 241. *ſp. pl.* 792.

Picris calycibus ſimplicibus, perianthio maximo obvallatis. *Hort. Cliff.* 387.

Digitized by Google

Helminthotheca. *Hall. Gotting.* 413.

Hieracium echioides, capitulis Cardui benedicti. *C. B. Pin.* 128.

In pratis humidis, & ſecus foſſas eſt frequens.

Hieracium.

Hieracium caule paniculato, foliis amplexi-caulibus, dentatis, glabris, calycibus hiſpidis. *Fl. Lapp.* 275. *ſpec. pl.* 803.

Hieracium foliis amplexi-caulibus, quaſi petiolatis, supernè lateſcentibus, ſerratis & glabris. *Hall. Helv.* 748.

Hieracium montanum latifolium, glabrum, minus. *C. B. Pin.* 129.

Crepis.

Crepis foliis pinnatis, angulatis, petiolis dentatis. *Roy. Prodr.* 126.

Hieracioides foliis pinnatis, pinnis alternè majoribus, triangulis, flore ante expanſionem mutante. *Hal. Helv* 750.

Hieracium foliis Cichorii ſilveſveſtris, odore Caſtorei. *Magn. Bot. Monſp.* cum icone.

SONCHUS.

1. Sonchus lævis anguſti-folius. *C. B. Pin.*

Crepis. *Dalech. p.* 562.

Crepis foliis calycis acceſſoriis, cordatis, alatis, foliis glaucis ſemipinnatis. *Hall. Gotting.* 413

2. Sonchus anguſti-folius maritimus. *C. B. Pin.* 124. *Prodr* 61. *Zannicch. iſt.* cum icone non bonâ.

Planta cubitalis & ſeſquicubitalis. Folia radicalia longè petiolata, & circumſcriptione ſuâ longè elliptica. Pinnata ſunt, pinnis alternis, obtusè denticulatis, & cum nervo folioſo confluentibus; extremum folii ovatum, aut acuminatum, denticulatum. Denticuli ſpiniferi non ſunt. Caulina folia prima radicalibus conſimilia, ſecunda lanceolata, margine denticulato, poſtrema integerrima, omnia amplexi-caulia. Sonchus iſte parcè ramoſus: flores in

extremis ramis, qui nudi eſſe per palmum videntur, ſed reapſe nudi non ſunt, cum parvis foliolis cauli maximè adhærentibus identidem donentur; ſemi-floſculi tridentati ſunt.

3 Sonchus foliis omnibus integris, denticulato-ſpinoſis, ramis unifloris, ſemi-floſculis quinque dentatis.

Bicubitalis planta eſt, cujus caulis primum humi procumbit inflexus, deinde ſeſe erigit. Folia radicalia pauca, caulina alterna amplexi-caulia. Prima longiſſimè elliptica, palmaria, ſecunda cordato-haſtata aut lanceolata, ſpinulâ folium terminante. Margo foliorum obtuſiſſimè denticulatus, denticulis aliquomodò ſpinoſis. Quà caulem amplectuntur, cordata ſunt, & margo frequentius ibi denticulatus. Folia poſtrema caulina lanceolata, integerrima. Caulis [illegible]ens, rotundus, læviſſimus, fiſtuloſus, variè ramoſus, ramis ſingulis penè nudis & unifloris. Flos magnus, luteus, ſemi-floſculis amplis quinque dentatis; & ſummo mane ſolummodo flos aperitur. Calix conicus connivens eſt, & efficitur à ſquamis lan-

ceolatis, imbricatis, trium ordinum. Semen nigrum, tenue, parvum, pappo coronatum ſimplici, qui ſepties longior ſemine eſt.

Naſcitur in humidis, & paludoſis.

Taraxacum.

1. Taraxacum foliis aſperis, triangulariter dentatis, pappo plumoſo, calyce hiſpido. *Hall. Helv.* 741.

Leontodon calyce toto erecto, hiſpido, foliis hiſpidis, dentatis, integerrimis. *Hort. Cliff.* 386.

Picris calice erecto, foliis hiſpidis, dentatis, dentibus integerrimis. *Sauv. Monſp.* 388.

Dens Leonis, foliis hirſutis & aſperis. *Tourn. inſt.* 469.

2. Taraxacum foliis aſperrimis, penè ſpinoſis, pinnato-ſinuatis, pappo plumoſo. *Hall. Helv.* 741.

Dens Leonis foliis minimis, hirſutis, & aſperis. *Tourn. inſt.* 469.

Hieracium parvum hirtum, caule aphillo, criſpum, quandò ſiccatum. *J. B.* II. p. 1038.

Ex his duobus Taraxaci ſpeciebus

unam facit Linnæus. In poſtremo Taraxaco folia ſuperficie ſpinosâ donantur ; ſemi-pinnata ſunt, dentibus pinnatis, utrinque ſœpè tribus. Caulis nudus, glaber, uniflorus. Calix ex octo ſquamis æqualibus, cum parvulis quibuſdam ad baſim acceſſoriis. Foliorum longitudo non ſuperat pollices duos Pariſienſes.

Lactuca.

1. Lactuca foliis ſemi-pinnatis, coſtâ ſpinosâ. *Hall. Helv.* 756.
Lactuca ſilveſtris, coſtâ ſpinosâ. *C. B. Pin.* 123.
In arvis incultis, alibique.

2. Lactuca ramoſiſſima, penè lignoſa, foliis radicalibus pinnati-fidis, caulinis lanceolatis.
Radicem poſſidet hæc Lactuca duram & fuſcam, ex quâ foliorum roſula. Folia glabra ſunt, & ad pediculum ſecta, laciniis pinnatis, linearibus, denticulatis. Caulis vix palmaris, lignoſus, valde ramoſus, ramis undique patentibus, plerùmque ſimplicibus, continuò brevioribus.

Rami ſinguli floriferi, floribus parvis ſingularibus, ſeſſilibus, luteis, extra purpuraſcentibus: rami in extremâ parte etiam florigeri. Calix cylindricus. Lactucæ ſemen compreſſum, oblongum, longè attenuatum, cum pappo ſeſſili. Folia caulina parva ſunt, lanceolata, ramorum ortui appoſita præcipuè, & cauli hærentia.

Inter ſaxa collium Nicæenſium adinveniur hæc Lactuca, quæ ab Auctoribus, quod ſciam, minimè commemoratur.

ANDRYALA.

1. Andryala foliis integris. *Guett. Obſ.* 2. *p.* 384 *ſpec. pl.* 808.
   Hieracium villoſum, Sonchus lanatus Dalechampio. *Raj. Hiſt.* 231. *Tourn. inſt.* 470.
2. Andryala foliis dentato-haſtatis. *Spec. pl.* 808.
   Andryala foliis inferioribus dentatis, ſummis integris. *Hort. Cliff.* 387.
   Sonchus villoſus luteus minor. *C. B. Pin.* 124.

perfect. monop. compoſ. lingulato. 89
In ſabuloſis prope flumen le Var.

Utramque hanc ſpeciem conjungerem, cum eodem loco eruta omnino ſimilia exemplaria habeam, foliis integerrimis & diviſis. Sœpius ſe habent folia hâc ratione. Prima radicalia folia nunc integerrima, nunc dentata; caulina prima dentata, dentibus obtuſis, ad duo aut tria paria; poſtrema integerrima. Caules cubitales ſunt, aut minores, alternè & variè ramoſi, ſummis ramis per ſemiunciales pedunculos in flores ſinientibus, foliolo ramificationibus ſubjecto. Calix componitur ex unico ordine ſquamarum æqualium. Tota planta molliſſimè tomentoſa eſt, & luteſcit.

Scolymus.

1. Scolymus foliis margine attenuatis. *Spec. pl.* 813.
   Scolymus annuus. *Hort. Upſ.* 144.
   Scolymus Chryſanthemus annuus. *Dodart. Mem.* 4. *p.* 303.
   Ubique circa Nicæam.
2. Scolymus foliis margine incraſſatis. *Spec. pl.* 803.

Scolymus vivax. *Sauv. Monſp.* 294.

Scolymus Theophraſti Hiſpanicus. *Cluſ. Hiſt.* 2. *p.* 153.

CATANANCE, *Tourn* CATANANCHE, *Lin.*

Catanance, ſeu Catananche, ſquamis calycinis inferioribus ovatis. *Hort. Cliff.* 390. *ſpec. pl.* 812.

Catanance quorumdam. *Lugd.* 1190. *Tourn. inſt.* 478.

Locis aridis inter Soſpel & Thouet.

HYPOCHÆRIS.

Hypochæris foliis dentato-ſinuatis, ſcabris, caule ramoſo, nudo, pedunculis ſquamoſis. *Hort. Cliff.* 386. *ſpec. pl.* 811.

Hypochæris dentibus foliorum rectangulis, caule nudo, ramoſo. *Hall. Helv..* 759.

Hieracium dentis Leonis, folio obtuſo, majus. *C B. Pin.* 127.

Secus arva, & locis aridis.

CLASSIS V.

PLANTÆ FLORE PERFECTO ; *monopetalo ; compoſito ; mixta.*

MATRICARIA.

1. MATRICARIA ; foliis imis petiolatis, ad caulem auritis & ſerratis. *Hall Helv* 719.

Chryſanthemum, foliis amplexicaulibus, oblongis, ſupernè ſerratis, infernè dentatis. *Hort. Cliff.* 416. *ſpec. pl.* 888.

Chryſanthemum ; foliis oblongis ſerratis. *Fl. Lapp.* 310.

Leucanthemum vulgare. *Tourn. inſt* 491.

Bellis ſilveſtris caule folioſo majori *C. B: Pin:* 261:

H

2 Matricaria foliis glaucis, amplexicaulibus, profundè dentatis. *Hall. Götting.* 392.

Chryſanthemum foliis amplexicaulibus, supernè laciniatis, infernè dentato-ſerratis. *H. Cliff.* 416. *ſpec. pl.* 889.

Chryſanthemum ſegetum. *Cluſ. Hiſt.* 1. *p.* 334.

In ſabuloſis fluminis le Var, *prope maris littus.*

Interiores calycis ſquamæ majores, & membranâ pellucidâ circumdatæ. Radii lutei pauci, ſemel inciſi.

3 Matricaria, ſeu Chryſanthemum foliis Matricariæ. *C. B. Pin* 134.

Chryſanthemum foliis pinnati-fidis, inciſis, extrorſùm latioribus. *Hort. Cliff.* 416. *ſpec. pl* 890.

Iiſdem locis adinvenitur.

Aster.

1. Aſter foliis lanceolatis, integerrimis, carnoſis, glabris, ramis inæquatis, floribus corymboſis. *Roy. Prodr. Leyd.* 168. *ſpec. pl* 872.

Aſter maritimus Tripolium dictus. *Raji Hiſt.* 270.

Aſter foliis pulpoſis, integris, imis ovatis, ſuperioribus lingulatis. *Hall. Goting.* 397.

Locis paludoſis, ad maris littus.

2. Aſter foliis lanceolato-linearibus, ſubcarnoſis, integerrimis, planis, floribus corymboſis, faſtigiatis, pedunculis folioloſis. *Spec. pl.* 874.

Solidago foliis linearibus, nervoſis, floribus umbellatis, cœruleis. *Hall. Gott.* 400.

Aſter caule erecto, umbellifero, venis ſimplicibus, foliis lingulatis. *Sauv. Monſp.* 54.

Aſter anguſti-folius, Tripolii flore. *Barr. Obſ.* 1065. *Ic.* 606. benè.

Aſter Tripolii flore. *C. B. Pin.* 267. *Tourn. inſt.* 481. *Garidel*, cum icone non optimâ.

Aſter minor Narbonenſium, Tripolii flore. *Lob. ic.* 349.

Aſter minor Narbonenſium Tripolii flore, linariæ folio, medio purpureum. *Lob. adv.* 147.

Aſter Monſpelienſis purpureus,

folìis anguſtioribus. *J. B.* 2. 1045.

Aſter Monſpelienſis purpureus, foliis anguſtioribus. *Chabr.* 325 cum icone. *Aſteris Attici inguinalis.*

3\. B. Aſter foliis ſcabris, ovato-lanceolatis, ſuperioribus acutis. *Hall. Gotting.* 396.

Aſter latifolius, Tripolii flore. *H. R. Par.*

Aſter Tripolii flore latifolius. *Mor. Hort. Bl*

Ubique in dumetis, & locis aſperis collium Nicæenſium.

Solidago.

1\. Solidago caule ſubflexuoſo, angulato, racemis paniculatis, erectis, confertis. *Spec. pl.* 880.

Solidago caule erecto, racemis alternis, erectis. *Hort. Cliff.* 409.

Virga aurea latifolia, ſerrata. *C. B. Pin.* 268.

Ubique locis ſiccis.

2\. Solidago, quæ Virga aurea major, foliis glutinoſis, & graveolentibus. *Tourn. inſt.* 484.

Conyza major. *Dod. Pempt.* 51.

Erigeron pedunculis uni-floris lateralibus, calycibus ſquamoſis. *Hort. Upſ.* 258. *ſpec. pl.* 863.

3. Solidago, quæ Virga aurea minor, foliis glutinoſis & graveolentibus. *Tourn. inſt.* 484.

Conyza minor vera. *Lob. ic. p.* 346.

Erigeron foliis lingulatis, floribus ſolitariis, per ramos ſeſſilibus. *Hall. Gotting.* 380.

Utraque naſcitur abundè in ſolo arido.

Has duas ſimul conjunxit Linnæus. In primâ folia ampla, dura, dentata ſemper; flores umbellati. In ſecundâ folia lingulata, longa, integra, & flores ex alis longè ſpicati multo minores. Propter radii amplitudinem, & imbricatum calycem, ad Solidaginem retuli, Erigeri ſpecies erit, cui hujus generis adaptatio opportunior videbitur.

OTHONNA.

Othonna foliis pinnati-fidis, tomentoſis, ſubvilloſis, laciniis ſinuatis, caule fruticoſo. *Hort. Upſ.* 273. *ſpec. pl.* 927.

Solidago foliis pinnati-fidis, laciniis ſinuatis, corymbis racemoſis. *Hort. Cliff.* 410.

Jacobæa maritima. *C. B. Pin.* 121.

Inter ſilices prope Villafrancam, & ad rupes Roquetagliade *ſupra* l'Eſcarene.

CHAMÆMELUM.

1. Chamæmelum foliis planis, pulpoſis, pinnatis, pinnis dentatis. *Hall. Gotting.* 391.

Chamæmelum maritimum. *Lugd.* 1394.

Anthemis maritima perennis, foliis craſſis, & punctatis. *Mich. Gen.* 33.

Anthemis foliis pinnatis, denticulatis, carnoſis, caule ramoſo. *Spec. pl.* 893.

Caules nunc erecti, nunc inclinati, ſemi-cubitales, rotundi, virides, duri, valde ramoſi, ramis à flore terminatis. Folia alternatim, tum in caule, tum in ramis ſita: pinnata ſunt, viridia, glabra. Pinnæ ſunt ſæpè duodecim, mediis amplioribus, iterum pinnatis. Pinnulæ pinnato-dentatæ. Rami florigeri ſiunt fiſtuloſi. Flos amplus, calyce amplo, ex ſquamis denſè imbricatis facto comprehenſus. Semi-floſculi albi, ſæpe duodecim, ſemel inciſi. Floſculi numeroſi lutei, quinque-fidi.

Prope maris littus.

3. Chamœmelum foliis penè glabris, pinnis pinnatis, pinnulis latiuſculis. *Hall. Helv.* 717.

Chamœmelum fœtidum. *C. B. Pin.* 135.

Anthemis foliis pinnato-decompoſitis, laciniis linearibus, caulibus diffuſis, radice annuâ. *Roy. Prodr. Leyd.* 172.

Anthemis receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. *Fl. Suec.* 703.

3. Chamœmelum vulgare, ſeu Leuchantemum Dioſcoridis. *C. B. Pin.* 135.

Matricaria foliis ſupra decompoſitis, ſetaceis, pedunculis ſolitariis. *Hort. Cliff.* 415.

Matricaria receptaculis hæmiſphæricis, radiis patentibus, feminibus coronato-marginatis, ſquamis calycinis maximè obſoletis. *Fl. Suec.* 702 *ſpec. pl.* 891.

Matricaria foliis pinnatis, pinnis laxè & capillariter multifidis. *Hall. Helv. p.* 718.

ACHILLEA.

Achillea foliis ellipticis, obtuſis, ſerratis, faſciculatis, floribus umbellatis. *Hall. Gott. p.* 389.

Achillea foliis lanceolatis, obtuſis, acutè ſerratis. *Hort. Cliff.* 413.

Achillea lutea, Agerati folio longiore. *Vaill.*

Ptarmica lutea ſuaveolens. *Tourn. inſt.* 497.

Ballamita minor. *Dod. Pempt.* 295.

Admodùm frequens eſt locis incultis verſus flumen le Var.

Caules ſtriati, virides, inferiùs rubentes, læves, duriuſculi, cubitales. Folia ſeſſilia, oppoſita, linearia, ſine ex elliptico-acuto, argutè dentata, *cum novis tenellis ramis ex alis. Caulis ſuperiùs nudus gerit corymbum florum luteorum, qui cylyndrico imbricato calyce donantur. Planta hæc odoratiſſima eſt, odore Menthæ corymbiferæ.

BUPHTHALMUM.

1. Buphthalmum calycibus acutè ſolioſis, ramis alternis, foliis lanceolatis, amplexi-caulibus, integerrimis, *Hort. Cliff. 903.*

Aſteriſcus annuus, foliis ad florem rigidis. *Tourn inſt. 497.*

2. Buphthalmum calycibus obtuſo-folioſis, ſeſſilibus, axillaribus, foliis oblongis, obtuſis, *Hort. Cliff. 414. ſpec. pl. 903.*

Aſteriſcus aquaticus annuus, patulus. *Tourn. inſt. 498. Zan. p. 38.* Garidel, *Mich. Hort. Fl.*

Buphthalmum floribus nutantibus, calycibus folioſis. *Hall. Gott.* 387.

Aſteriſcus annuus Luſitanicus, odoratus. *B. Seb. Theſ.* 1. *p.* 47.

Chryſanthemum conyſoides Luſitanicum *Breyn. Cent.* L. 157.

Aſter annuus, Attico luteo ſimilis, foliis ad florem mollibus. *Bot. Monſp. p.* 32.

Aſter conyſoides Monſpelienſium. *Mor. Bleſ. p* 24.

In ſolo arido & forti prope valetudinarium, vulgò le Laſaret.

Breynii deſcriptio optima; optima & etiam icon, ſi quemadmodum ſæpiſſimè ſunt, ſemi-floſculi quadridentati exhiberentur. Folia potius glabra; ſemina omnia nitida, ſericea, quadrangularia, membranâ coronata. Folia floralia perſiſtunt ad ſeminum perfectionem. Odorata eſt tota planta, amara, acris & aromatica.

3. Buphthalmum foliis incanis, pinnatis, pinnis argutè ſerratis. *Hall. Helv. p.* 711.

Buphthalmum. *Matth. p.* 969.

ATTRACTYLIS.

Attractylis involucris cancellatis, ventricoſis, linearibus, dentatis, calycibus ovatis, floribus floſculoſis. *Spec. pl.* 830.

Attractylis foliis linearibus, dentatis, calycibus conniventibus. *Hort. Cliff.* 395.

Carduus parvus. *J. B.* 3. *p.* 93.

Ad rupes Montalbani.

CENTAUREA.

1. Centaurea calycibus inermibus, ſquamis lineari-ſubulatis, foliis pinnatis, ſerratis. *Hort. Cliff.* 420. *ſpec. pl.* 909.

Rhaponticum foliis pinnatis, ciliatis, calycibus acutis. *Hall. Gott.* 364.

Jacea annua foliis laciniatis, ſerratis, flore purpuraſcente. *Tourn. inſt.* 444 *Garidel*, cum icone.

Senecio-carduus Apulus. *Col. Ecphr.* 1. *p.* 32.

In collibus incultis.

2. Centaurea calycibus pinnatis, ſquamulâ ovatâ, ciliis capillaribus erectis. *Spec. pl. 911.*

Cyanus foliis imis ad baſim pinnatis, ſuperioribus integris, ovato-lanceolatis. *Hall. Helv. 691.*

Jacea nigra laciniata. *C. B. Pin. 271.*

Ubique.

3. Centaurea calycibus ciliatis, foliis pinnati-fidis, linearibus, caule paniculato *Spec. pl. 912.*

Centaurea calycibus ciliatis, foliis fili-formibus, bi-pinnatis, caule folioſo, ramoſo. *Sauv. Monſp. 264.*

Cyanus pinnis foliorum pinnatis, pinnis acutis, gracilibus, dentatis. *Hall. Helv. 690. Gotting. 369.*

Jacea foliis candicantibus, laciniatis, calyculis non ſplendentibus. *Tourn inſt. 444.*

Stœbe major, calyculis non ſplendentibus. *C. B. Pin. 273.*

Centaurii majoris ſpecies tenuifolia. *J. B. 3. p 31.*

B. Eadem flore albo.

Digitized by Google

Utraque naſcitur locis admodùm ſiccis. Varietas flore albo ad rupes potiſſimùm adinvenitur.

4. Centaurea calycibus ſquamoſis, foliis lanceolatis, radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angularis. *H. Cliff. 421. ſpec. pl. 914.*

Rhaponticum foliis ſquallidis, tomentoſis, inferioribus ad baſim ſemi-pinnatis, ſuperioribus integris. *Hall. Helv. p. 688.*

Jacea nigra pratenſis lati-folia. *C. B. Pin. 271.*

5. Centaurea calycibus ſquamoſis, foliis tomentoſis, radicalibus lanceolatis, caulinis pinnati-fidis, caule ſimplici. *Roy. Leyd. Prodr. 142. ſpec. pl. 915.*

Centaurium majus, incanum, humile, capite pini. *Tourn. inſt. 449.*

Jacea montana incana, capite pini. *C. B. Pin. 272.*

Jacea montana, capite magno ſtrobyli. *J. B. 3. 30.*

In aridis collibus.

6. Centaurea calycibus palmato-ſpinoſis, foliis decurrentibus, ſpinuloſis,

repando-dentatis. *Hort. Cliff.* 423. *ſpec. pl.* 915.

Calcitrapa foliis ovatis decurrentibus, ſpinis calycinis palmatis. *Hall. Gotting.* 366.

Carduus maritimus caneſcens, alato caule. *Tourn. inſt.* 441.

Jacea laciniata Sonchi folio. *C. B. Pr.* 128. cum bonâ deſcriptione. *H. L. B. app.* Icon optima.

Similibus locis.

7. Centaurea calycis ſquamis palmato-quinque-ſpinoſis, foliis lanceolatis, dentatis. *Sauv. Monſp* 289.

Centaurea calycibus ſpinoſis, foliis lanceolatis, dentatis. *Roy. Prodr. Leyd.* 142

Carduus Jaceæ folio, capitulis minoribus cum ſquamis tricuſpidibus. *Tourn. inſt.* 442 *Garidel. Till.*

Carduus Jaceæ folio breviori & anguſto, capitulis cum ſquamis tricuſpidibus. *Barrel. Obſ.* 992.

Sthœbe lini-folia, capite ſpinoſo. *Barrel. Ic.* 308

Sthœbe ſquamis aſperis. *C. B. Pin.* 273.

Jacea cum ſpinoſis capitulis, purpurea, tenui-folia. *J. B. 3. 33. Magn. Hort. & Bot. Monſp.*

Jacea capitulis ſpinoſis. *Lob. Adv. p. 234.*

Aphillantes altera ſimilis primæ. *Dod. Pempt 125.*

Similibus etiam locis.

8. Centaurea calycibus ſub-duplicato-ſpinoſis, foliis ſeſſilibus, lateralibus pinnati-fidis, linearibus, dentatis. *Hort Upſ. 273 ſpec. pl. 917.*

Centaurea calycibus ſubulato ſpinoſis, ſeſſilibus, foliis linearibus, pinnati-fidis. *Hort. Cliff. 423.*

Calcitrapa foliis mollibus, laxè pinnatis, capitulis ſeſſilibus, aculeis rigidiſſimis. *Hall Helv. p. 689.*

Carduus ſtellatus, foliis papaveris erratici. *C. B. Pin. 387.*

B. Carduus ſtellatus, ſive Calcitrapa, flore albo *H. R. Par.*

Ubique ad vias.

9. Centaurea calycibus duplicato-ſpinoſis, foliis rameis, decurrentibus, inermibus, lanceolatis, caulinis ly-

rato-pinnati-fidis *Hort. Cliff.* 423: *ſpec. pl.* 517.

Calcitrapa lutea vulgaris, caule alato. *Vaill. Hall. Gott.* 366.

Carduus ſtellatus luteus, foliis Cyani. *C. B. Pin.* 387.

CLASS. VI.

CLASSIS VI.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, Dipetalo.

DIANTHERÆ *MONOSTYLÆ.*

CIRCÆA.

CIRCÆA caule erecto, racemis pluribus. *Spec. pl. 9.*
Solani-folia Circæa dicta major. *C. B. Pin.* 168.
In umbroſis à mari jam diſſitis.

CLASSIS VII.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, Tripetalo.

TRIANTHERÆ *MONOSTYLÆ.*

CHAMÆLEA.

CHAMÆLEA tricoccos. *C. B. Pin.* 462.

Cneorum. *Hort. Cliff.* 18. *Roy. Leyd. Prodr.* 119. *ſpec. pl.* 34.

Ad rupes agri Nicæenſis, prope maris littus præcipuè.

TRISTYLÆ.

Empetrum procumbens. *Hort. Cliff.* 470 *ſpec. pl.* 1022.

Empetrum. *Fl. Lapp.* 315.

Erica baccifera, procumbens, nigra. *C. B. Pin.* 436.

HEXANTHERÆ
TRISTYLÆ.

CHAMÆROPS.

Chamærops frondibus palmatis, plicatis, ſtipitibus ſpinoſis. *Hort. Cliff.* 482.

Palma humilis, ſive Chamæriphes. *J. B.* 1. *p.* 368.

Chamæriphes. *Ponted.*

Ubertim in agro Nicæenſi provenit.

POLYANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

POLYGALA.

1. Polygala floribus criſtatis, racemoſis, caulibus herbaceis, ſimplicibus, procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. *Amæn. Acad.* 2. *p.* 136, *ſpec. pl.* 702.

Polygala foliis lineari-lanceolatis,

caulibus diffuſis, herbaceis. *Vir. Cliff.* 70.

Polygala vulgaris. *C. B. Pin.* 215.

Polyga'a foliis imis ſubrotundis, ſuperioribus anguſtis, acutis. *Hall. Helv.* 606.

2 Polygala floribus criſtatis, racemoſis, caule erecto, foliis lineari-lanceolato-linearibus, acutis. *Sauv. Monſp.* 53 *ſpec. pl.* 702.

Polygala annua, erecta, anguſtifolia, floribus coloris obſoleti carnei, lineis virgatis. *Magn. Bot. Monſp.* 208.

Utraque in paſcuis ſiccis collium Nicæenſium.

CLASSIS VIII.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, *tetrapetalo*, *regulari*.

TETRANTHERÆ
TETRASTYLÆ.

POTAMOGETON.

POTAMOGETON foliis oblongo-ovatis, petiolatis, natantibus. *Hort. Cliff.* 40. *ſpec. pl.* 126.

Potamogeton foliis ovato-oblongis, natantibus. *Fl. Lapp.* 68.

Potamogeton rotundi-folium. *C. B. Pin.* 193.

Ad lacus & fontes.

HEXANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

MYAGRUM.

Myagrum ſiliculis ovatis, pedunculatis, polyſpermis. *Hort. Cliff.* 328. *ſpec. pl* 641.

Myagrum ſilveſtre. *C. B. Pin.* 109.

In arvis macris, ſabuloſis.

ISATIS.

Iſatis foliis radicalibus crenatis, caulinis ſagittatis, ſiliculis oblongis. *Fl. Suec.* 543 *ſpec. pl.* 670.

Iſatis. *Hort. Cliff.* 341.

Iſatis ſilveſtris, ſive anguſti-folia. *C. B. Pin.* 113.

In arvis ſabuloſis, incultis.

RAPHANISTRUM.

Raphaniſtrum arvenſe, flore luteo. *Tourn. inſt.* 230.

Raphanus ſiliquis teretibus, articu-

perfecto, tetrapetalo, regulari.
latis, uni-locularibus. *Linn. Hall. Helv.* 555.

Inter ſegetes.

CAKILE.

Cakile maritima, anguſtiore folio. *Tourn. inſt. app.* 49. *Zannich. Iſt.* cum icone.

Cakile quibuſdam, aliis Eruca marina, & Raphanus marinus. *J. B.* 2. 867. ſat benè.

In ſabuloſis, & ad rupes prope maris littus.

ERUCA.

Eruca ſilveſtris minor, lutea, burſæ paſtoris folio. *C. B. Pin.* 98. *pr.* 39.

Eruca ſilveſtris minor, lutea, burſæ paſtoris folio, Italica. *Barrel. ic.* 1016.

Eruca Sicula, burſæ paſtoris folio. *Bocc. Rar. Iſ.* 15. *T.* 10.

Siſymbrium foliis ſinuato-pinnatis. *Guett. Obſ.* 150.

Siſymbrium foliis lyratis, denticulatis, ſiliquis ſeſſilibus. *Spec. pl.* 658.

Sinapi foliis pinnatis, ſerratis, extremâ maximâ, ſiliquis longiſſimis. *Hall. Götting.* 245.

Secus arva frequens.

Folia multa ex radice burſæ paſtoris ſimilia, ſubaſpera; cauliculus nudus. Siliquæ diſſitæ, raræ juxta caulem, aſcendentes breviter pedunculatæ, longæ, tereti-compreſſæ, cum ſtigmate craſſo bifido. Flores calyce erecto, paulò majores, lutei; ſiliquæ pollice uno Pariſienſi aliquanto longiores.

HESPERIS.

1. Heſperis anguſti-folia, incana, floribus amplis luteis. ſiliquis longioribus. *Amm. n.* 76. *Hall. H. Gott. p.* 257.

Leucoii lutei ſilveſtris ſpecies. *Thalio p.* 69.

Leucoium ſilveſtre. *Cluſii Pannon. p.* 338.

In collibus apricis & ſiccis.

2. Heſperis foliis ellipticis, glabris, circum ſerratis. *Hall. Helv.* 563.

Heſperis lutea, ſiliquis ſtrictiſſimis. *Tourn. inſt.* 222.

Arabis a quibuſdam dicta planta. *Cam. Epit.* 589. Optimè

Siſymbrium foliis lanceolatis, dentato-ſerraris, caulinis. *Hort. Cliff.* 337.

Locis incultis agri Nicæenſis frequens.

Folia aſpera, intensè viridia; prima petiolata, deinde ſeſſilia, raro, ſed profundè denrara, denribus inæqualibus. Flores parvi, nutantes potius in ſpicâ, quàm in umbellâ.

TURRITIS.

Turritis foliis omnibus hiſpidis, caulinis amplexi-caulibus. *Hort. Cliff.* 339. *ſpec. pl* 666.

Turritis foliis aſperis, dentatis, caule ſimplici. *Hall. Helv.* 561.

Eryſimo ſimilis, hirſuta, non laciniata, alba. *C. B. Pin.* 101. *Prodr.* 42.

ARABIS.

Arabis foliis petiolaris, lanceolatis, integerrimis. *Vir. Cliff.* 64. *ſpec. pl.* 665

Turritis foliis lanceolatis, integris,

petiolatis, ad exortum ramorum ſolitariis. *Hort. Cliff* 339.

Arabis foliis ovatis, vix dentatis, ſcabris, ad terram confertis. *Hall. Helv.* 562.

Turritis vulgaris ramoſa. *Tourn. inſt.* 214.

Burſæ paſtoris ſimilis, ſiliquoſa, major. *C. B. Pin.* 108.

Ad rupes Montalbani.

THLASPI.

Thlaſpi ſiliculis ſub-rotundis, foliis amplexi-caulibus, cordatis, ſub-ſerratis. *Spec. pl.* 646.

. Thlaſpi foliis radicalibus ovatis, caulinis amplexi-caulibus, lanceolatis. *Guett. Obſ.* 142.

Naſturtium foliis imis ovatis, reliquis amplexi-caulibus, cordatis. *Hall. Helv.* 544.

Thlaſpi arvenſe perfoliatum majus. *C. B. Pin.* 106.

Inter ſegetes, & alibi.

BISCUTELLA.

Biſcutella folio aſpero dentato, ſiliquâ lævi. *Hall. Helv.* 541.

Biſcutella ſiliculis orbiculato-didymis, à ſtylo divergentibus. *Hort. Cliff.* 329. *ſpec. pl.* 653.

Thlaſpidium Monſpeliacum, Hieracii folio hirſuto. *Tourn. inſt.* 214.

Leucoium umbellatum alyſſoides montanum. *Column. Ecphr.* 1. *p.* 283. optimè.

Ad rupes, & locis ſiccis ubique.

Nasturtium.

1. Naſturtium pumilum, ſupinum, vernum. *Magn Bot. Monſp.* 185. cum icone.

Naſturtium foliis omnibus alternatim pinnatis. *Dalib. Pariſ.* 194.

Lepidium foliis pinnatis, impari majore, caule procumbente. *Sauv. Monſp.* 228.

In ſolo macro habitat, & ad rupes inter Lichenes.

2. Naſturtium ſilveſtre Dalechampii. *Lugd.* 655. *Tourneſ. inſt.* 213.

Thlaſpi umbellatum, Naſturtii folio, Monſpeliacum. *C. B. Pin.* 106.

Thlaſpi umbellatum, tenuiter diviſo folio, amarum, Narbonenſe. *J. B.* 2. 925. omninò.

Folia ſunt pinnati-fida.

In ſabuloſis collibus , & arenoſis Paillou.

Lepidium.

Lepidium foliis lanceolatis , amplexicaulibus, dentatis. *Hort. Cliff.* 331. *ſpec. pl.* 645.

Lepidium humile, incanum, arvenſe. *Tourn. inſt.* 216.

Draba multis, flore albo. *J. B.* 2. 939.

Draba umbellata , vel Draba major , capitulis donata. *C. B. Pin.* 109.

Locis incultis , & ſecus arva.

Coronopus.

Coronopus. *Ruellii p.* 373. *Hall. Helv.* 542. *& Gott.* 242.

Ambroſia campeſtris repens. *C. B. Pin.* 138.

Naſturtium ſilveſtre, capſulis criſtatis. *Tourn. inſt.* 214.

Cochlearia foliis pinnati-fidis. *Hort. Cliff.* 331. *ſpec pl.* 648.

DRABA.

Draba caulibus nudis, foliis inciſis. *Hort. Cliff.* 333. *ſpec. pl.* 642.
Alyſſon vulgare, Polygoni folio, caule nudo. *Tourn. inſt.* 217.
Burſa paſtoris minor, loculo oblongo. *C. B. Pin.* 108.
Ubique primo vere vulgatiſſima.

ALYSSUM.

Alyſſum caule erecto, foliis lanceolatis, incanis, integerrimis, floribus corymboſis. *Hort. Cliff.* 332.
Alyſſum fruticoſum, incanum. *Tourn. inſt.* 217.
Thlaſpi fruticoſum, incanum. *C. B. Pin.* 108.

JONTHLASPI, *Tourn.* CLYPEOLA, *Linn.*

Jonthlaſpi, quæ Clypeola perennis, ſiliculis bilocularibus, ovaris, diſpermis. *Sauv. Monſp.* 71. *ſpec. pl.* 653.
Alyſſum maritimum. *Tourn. inſt.* 217.

Thlaſpi Alyſſon dictum, maritimum. *C. B. Pin.* 107.

Ubique in agro Nicæenſi.

Erucago.

Erucago ſegetum. *Tourn. inſt.* 232.

Bunias. *Hort. Cliff.* 340.

Bunias foliis antrorſum ſinuatis. *Hort. Upſ.* 182.

Bunias ſiliculis tetragonis, angulis bicriſtatis. *Spec. pl.* 671.

Inter ſegetes.

OCTANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

Ruta.

Ruta ſilveſtris minor. *C. B. Pin.* 336. *J. B.* 3. 200. *Tourn. inſt.* 257.

Ruta ſilveſtris minima. *Dod. Pempt.* 120.

Abundè in agro Nicæenſi.

POLYANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

GLAUCIUM.

Glaucium flore luteo. *Tourn. inſt.* 254.
Papaver corniculatum luteum. *C. B. Pin.* 171.
Chelidonium pedunculis uni-floris. *Hort. Cliff* 201.
Chelidonium glabrum, pedunculis uni floris. *Hort. Upſ.* 137.
Chelidonium pedunculis uni floris, foliis amplexi caulibus, ſinuatis, caule glabro. *Spec. pl.* 506.
In ſolo ſicco, ſabuloſis Paillou, *&* *ad maris littus.*

CAPPARIS.

Capparis aculeata. *Hort. Cliff.* 203. *ſp. pl.* 503.
Capparis ſpinoſa, fructu minore, folio ſub-rotundo. *C. B. Pin.* 480.
Frequens ad vetuſtos muros.

TETRASTYLÆ.

Clematis.

1. Clematis foliis pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis, caule erecto. *Hort. Cliff.* 225. *ſpec pl.* 544.
   Clematitis, ſive flammula ſurrecta, alba. *J. B.* 2 127.
2. Clematitis maritima repens. *C. B. Pin.* 300. *Prodr.* 135. *Tourn. inſt.* 294.
   In ſilvis apricis, & locis incultis.
   Folia longè petiolata ſunt, per duas, raro tres conjugationes. Singula conjugatio per petiola tria tenet foliola tria, ex ovato longè acuminata. Impar conjugatio ſimilis eſt, ſed frequenter loco trium foliorum adeſt folium bilobatum. Foliola omnia ambitum habent integerrimum Mihi videtur diverſa à Clematitide repente, *C. B.* ad quam reducitur à Cl. Linnæo, *Spec. pl. p.* 544.

CLASS. IX.

CLASSIS IX.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, tetrapetalo, irregulari.

HEXANTHERÆ *MONOSTYLÆ.*

FUMARIA.

1. FUMARIA pericarpiis monoſpermis, racemoſis, caule diffuſo. *Spec. pl.* 700.

Fumaria pericarpiis monoſpermis. *Hort. Cliff.* 252.

Fumaria officinarum, & Dioſcoridis. *C. B. Pin.* 143.

Fumaria pericarpiis monoſpermis, foliorum lobis ſub-rotundis. *Hall. Helv.* 605.

2. Fumaria pericarpiis monoſpermis, ſpicatis, caule erecto, foliolis filiformibus. *Saur. Monſp.* 263.

Fumaria minor tenui-folia. *C. B. Pin.* 143.

Fumaria pericarpiis monoſpermis, foliorum lobis capillaribus. *Hall. Gotting.* 302.

Utraque ſecus agros.

DECANTHERÆ
UNILOCULARES.

ONOBRYCHIS.

1. Onobrychis ſpicis rarioribus, filiquis aculeatis. *Hall. Gotting.* 267.

Onobrychis Cretica foliis Viciæ, fructu magno, criſtato & aculeato. *Tourn. inſt. Cor.* 26.

Caput gallinaceum minus. *C. B. Pr.* 49.

Hedyſarum foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis, aculeatis, petalis æqualibus. *Spec. pl.* 751.

Ad colles aridos, & ſabuloſa torrentium.

2. An Onobrychis ſaxatilis, foliis Vi-

ciæ anguſtioribus, & longioribus, Aquiſextienſis. *Tourn. inſt.* 390. *Garidel.*

Iiſdem locis adinvenitur.

Altitudo ferè pedalis eſt. Folia multa erecta, & foliolis linearibus tenuibus ad paria 14 circiter. Foliolorum longitudo unciæ ſemiſſis. Flores albicantes, ampliſſimi. Fructus parvi, rugoſi, in ſpicâ palmari aut ſemi-palmari.

TRIFOLIUM.

1. Trifolium capitulis umbellaribus; leguminibus tetraſpermis, caule repente. *Spec. pl.* 767.

Trifolium capitulis ſub-rotundis, floſculis pedunculatis, leguminibus tetraſpermis, caule procumbente. *Hort. Cliff.* 375.

Trifolium caule procumbente, & florigeris & folioſis petiolis prælongis. *Hall. Helv.* 581.

Trifolium pratenſe, flore albo, minus, & fœmina, glabrum. *J. B.* II. *p.* 380.

In pratis.

Vivipara varietas obſervata fuit à D. Giudice *in terrâ Puteolanâ.*

2. Trifolium ſpicis villoſis, conico-oblongis, dentibus calycinis ſetaceis, ſub-æqualibus, foliolis linearibus. *Hort Cliff.* 375. *ſpec. pl.* 769.

Trifolium montanum, anguſtiſſimum, ſpicatum *C. B. Pin.* 328.

3 Trifolium ſpicis piloſis, calycibus patentibus, caule diffuſo, foliolis cunei-formibus. *Spec. pl.* 769

Trifolium ſpicis ovatis, piloſis, denticulis calycinis lanceolatis, patulis. *Hort Cliff.* 375.

Trifolium ſtellatum. *C. B. Pin.* 379 *Tourn. Garidel.*

Trifolium ſtellatum purpureum, Monſpeſſulanum *J. B.* 2. 376.

Locis ſiccis ſecus arva.

4. Trifolium capitulis ſub-rotundis, calycibus inflatis, bi-dentatis, reflexis, caulibus repentibus. *Hort Cliff.* 373.

Trifolium caule nudo, glomerulis glabris. *J. B.* 2. p. 379. *fig. majore.*

Oritur ad pratorum margines, & in ſabuloſis torrentium.

Virgæ cubitales repentes, per amplam vaginam, ex longo petiolo, habentes folia ovato-cordata, nervoſa, minutiſſimè in ambitu crenata, aut minimè, aut vix emarginata *Trifolium pratenſe album* omninò exhibentia. Pedunculi floriferi, triunciales, & ultrà nudi Capitulum florum, citò auctis calycibus in veſicas, evadit globus oblongus lanuginoſus, flores difficilè dimittens.

5. Trifolium capitulis ſeſſilibus, globoſis, hirſutis, calycibus inflatis, reflexis. *Sauv. Monſp.* 145 *ſpec. pl.* 771.

Trifolium fragiferum, tomentoſum. *Magn. Bot. Monſp.* 266. cum icone.

Trifolium, cum glomerulis tomentoſis per caulium longitudinem. *J. B.* 2. p. 379.

In ſabuloſis ad maris littus.

6. Trifolium ſpicis ſub ovatis, calycibus inflatis, dorſo gibbis, caulibus proſtratis. *Hort. Cliff.* 373.

Trifolium pratenſe folliculatum. *C. B. Pin.* 329.

Trifolium pratenſe Salmanticum. *Cluſ. Hiſt.* 2. 247.

Trifolium folliculaceum, ſeu veſicarium minus, purpureum. *J. B.* 2. 379.

In arvis, & pratis macilentis, tum ſecus vias, abundè.

Icon Cluſii denticulos foliorum non exhibet, quos innuit Bauhiniana. Virgæ procumbentes, ſtriatæ, inflexæ, ex unâ radice plures. Folia longis intervallis naſcentia; foliola ex acuto anguſto principio lentè cordata, nil emarginata, tenuiſſimè denticulata. Pedunculi ex alis unciales aut bi-unciales. Flores purpurei. Calix evadit ampullâ rugoſâ, venoſâ, leviter hirſutâ, cum duabus ſpinulis.

7. Trifolium capitulis globoſis, ſeſſilibus, calycibus ſtriatis, patulis, æqualibus *Spec. pl.* 770.

Trifolium capitulis ſeſſilibus, lateralibus ſub-globoſis. *Hort. Cliff.* 373.

Trifolium arvenſe, ſupinum, verticillatum. *Barrel. Ic.* 882.

Digitized by Google

Trifolium, cum glomerulis ad caulium nodos rotundis. *Raji Syn. p.* 330. *ed. tertia.*

Trifolium parvum rectum, flore glomerato, cum unguiculis. *J. B.* 2. 378.

Locis macris & ſiccis.

Folia cordata, valdè denticulata, petiolo longitudinis folii. Flores in globum ſeſſiles, calyce altiores. Calix glaber, ſtriatus, patens, laciniis reflexis; laciniæ triangulares ſunt, cum ſpinulâ penè æquales.

8. Trifolium ſpicis ovalibus, imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, caulibus procumbentibus. *Fl. Suec.* 618. *ſpec. pl.* 772.

Trifolium racemis rarioribus repentibus, caule erecto, non diffuſo. *Hall. Helv* 581.

Trifolium lupulinum alterum minus. *Raji Syn. ed. tertia, p.* 330. *Tab.* 14. *f.* 3.

Trifoliaſtrum pratenſe lupulinum minimum, folio cordato, capitulis florum ſub-luteis, pediculis ſemuncialibus & uncialibus inſidentibus,

ſiliquâ compreſsâ, monoſpermâ. *Mic. Gen. p. 29.*

Caule erecto, ſœpiſſimè ſimplici, foliis omninò cordatis, capitulo florum perſiſtentium brevi, compreſſo, & longè pedunculato, ab aliis diſtinguitur.

9. Trifolium ſpicis globoſis, calycibus ſetis rigidis obvallatis, caule erecto. *Spec. pl. 768.*

Trifolium globoſum, ſive capitulo Lagopi rotundiore. *C. B Pin. 329. Prodr. 143.*

Trifolium capitulo glomerato, rigido. *J. B. 2. p. 377.*

Locis aridis.

Caules palmares, & ſeſqui-palmares, erecti, valdè ramoſi, rotundi, glabri, ſpicâ terminati. Spicæ globoſæ quinquaginta, flores ſœpè continentes. Flos videtur extitiſſe purpureus, & ſetis brevior eſt. Calix glaber, ſtriatus, ſetis rigidiuſculis capillaribus donatur longitudine æqualibus; ſed quòd ad amplitudinem, duæ majores exiſtunt. Singulæ ſetæ tubo calycis longiores ſunt. Fo-

lia ſunt ex anguſto-ovata, leviſſimè piloſa, ita ut glabra appareant, in extremâ potiſſimùm parte ſubtiliter denticulata.

Secus prata, & in torrentium ſabuloſis.

10. Trifolium pedunculis nudis, caule erecto, calycum ſetis rigidis, inæqualibus, floribus calyce longioribus. Facies omninò præcedentis, licèt reapſe diverſa ſpecies ſit. Folia in hoc oblonga, ovata, ſimilia, & multò minora foliis *Trifolii pratenſis albi*, orâ ſubtiliſſimè denticulatâ. Capitulum compreſſo-rotundum, minus capitulo præcedentis, eundem numerum florum in minori volumine comprehendens. Flores videntur extitiſſe albi, cum vexillo purpuraſcente longo, & ſetis calycinis longiore. Capitulum fit ovatum, calycibus patentibus. Calyces ſtriati ſunt, ſetis inæqualibus obvallati. Ex ſetis una longiſſima, duæ laterales minores, & inferiores adhuc breviores, tuboque calycis æquales. His omnibus adde pedunculos nudos eſſe, cum folioſi ſint pedunculi in *Trifolio*

capitulo glomerato, rigido. J. B.

11. Trifolium capitulis ſeſſilibus, ovatis, calycibus villoſis, inæqualibus. *Spec. pl.* 770.

Trifolium ſpicis ſeſſilibus, lateralibus ovatis, ſcabris. *Hort. Cliff.* 373.

Trifolium, cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt. *J. B.* 2 *p* 378.

Trifolium capitulo oblongo, aſpero. *C. B. Pin.* 329. *Pr.* 140. & *Magn. Bot. Monſp.*

Trifolium floſculis albis in glomerulis oblongis, aſperis, cauliculis proximè adnatis. *Raji. Syn ed. tertia, p.* 329. Quod huc referre jubet ſynonimum additum, *J. B.*

Locis ſiccis.

Radix dura, albeſcens, ex quâ multi caules rotundi, ſimplices, vel ramoſi; (viſcidi fuiſſe videntur.) Folia æqualia, ex acuto-ovata, ſuperioribus acuto-ovalibus, tenuiſſimè denticulata, multùm rugoſa, glabra, firma. Capitulum floris in alis ſeſſile, oblongum, & floribus viginti purpureis, qui non ſunt bre-

viores calycinis dentibus. Hi patent laciniis repandis, acutis, duris, tubo calycis æqualibus, ſed inter ſe inæqualibus, cum duæ minores ſint. Calyces ſtriati, vix lanuginoſi.

12. Trifolium capitulis ſeſſilibus, foliis longè petiolatis, ſetis rigidis, non reflexis, flore longioribus. Præcedenti conſimilis, ſed minor & tenuior. Ramoſa eſt, & decumbens, ramis fili-formibus. Folia ovalia, cinerei coloris, utrinque nervoſa, nervis in aversâ facie ad externam partem ramoſis. Folia ex acuto-cordata aut ovata, pedunculo (in primis) folio duplo longiore, in floralibus brevi. Flores albi, dentibus calycinis breviores. Dentes calycini ſunt, ſetæ lanceolato-lineares, inermes, valdè inæquales, tubo calycis longiores, omnes erectæ, quæ non expanduntur, ut in *Trifolio capitulo aſpero*, *C. B.* Dentes duo minores, tubi calycis longitudine; duo longiores, poſtremum adhuc longior. Viginti etiam flores præterpropter unoquoque capitulo continentur. A ſuperiori itaque differt

habitu tenuiori, ſeris non reflexis, floribus calyce valdè minoribus, foliis ſemper ovatis, & longius pedunculatis.

13. Trifolium ſpicis ſub-villoſis, cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis. *Spec. pl.* 768.

Trifolium ſpicis villoſis, caule diffuſo, foliolis integerrimis. *Hort. Cl.* 375.

Trifolium ſpicis villoſis foliis inſidentibus, vaginarum caudis capillaribus. *Hall. Helv.* 585.

Trifolium pratenſe purpureum. *C. B. Pin.* 327.

In pratis

14. Trifolium ſpicis villoſis, ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis æqualibus. *Hort. Cliff* 375 *ſpec. pl.* 769.

Trifolium ſpicis villoſis, calyce & denticulis plumoſis. *Hall. Helv.* 583.

Trifolium arvenſe, humile, ſpicatum, ſive Lagopus. *C. B. Pin.* 328

In agris.

DORYCHNIUM.

Dorychnium foliis digitatis, ſeſſilibus. *Hort. Cliff.* 371.

Dorychnium Monſpelienſium. *Lob. Ic.* 51.

Lotus capitulis aphillis, foliis ſeſſilibus, quinatis. *Spec. pl.* 776.

In ſilvis, & locis apricis, tum ſecus Paillou.

Nicæenſis exemplaria folia habent cinereo-incana, anguſtiora, & denſiùs poſita, quam icone Lobelii & Bauhini exhibentur.

ANTHYLLIS.

1. Anthyllis herbacea, foliis quaterno-pinnatis, floribus lateralibus. *Hort. Upſ.* 221. *ſpec. pl.* 719.

Anthyllis foliis quinato-pinnatis, inæqualibus, floribus lateralibus. *Hort. Cliff.* 371.

Vulneraria pentaphillos. *Tourn. inſt.* 391.

Trifolium halicacabum. *Cam. Hort. Ic.* 47. benè.

In arvis macilentis.

2. Anthyllis herbacea, foliis pinnatis, inæqualibus, capitulo duplicato. *Spec. pl.* 719.

Anthyllis foliis pinnatis, foliolis pluribus, terminali majore. *Hort. Cliff.* 371.

Vulneraria ruſtica. *J. B.* 2. 362.

Vulneraria foliis ad terram ſimplicibus, ovatis, ad caulem pinnatis. *Hal. Helv p.* 570.

3. Anthyllis fruticoſa, foliis pinnatis, æqualibus, floribus capitatis. *Hort. Cliff.* 371. *ſpec. pl.* 720.

Vulneraria foliis pinnatis, ſericeis, nitentibus. *Hall. Gott.* 261.

Barba Jovis pulchrè lucens. *J. B.* 1. *p.* 385.

Ad abruptas rupes, quas mare alluit.

GENISTA.

Geniſta ſpinis decompoſitis, ramis floriferis, inermibus, foliis linearibus, piloſis. *Spec. pl.* 711.

Geniſta ſpinoſa minor Hiſpanica villoſiſſima. *C. B. Pin* 395.

Geniſtella Monſpeliaca ſpinoſa.

C. B. Pin. 157. *Magn Bot. Monſp. Raji. Hiſt.* 1728.

Geniſtella Montis ventoſi ſpinoſa. *J. B.* 1. 400. *Raji Hiſt. L. C.*

Geniſta-ſpartium Montis ventoſi. *Tourn. inſt.* 645. *Garidel.*

Geniſtella minor villoſa, geniſtellæ Montis ventoſi foliis, ſpinulis innocuis. *Cup. Cath.* 83. &

Geniſtella minor procumbens villoſa, Geniſtellæ Montis ventoſi foliis, ad eorum alas ſpinulis innocuis. *Cup. Cath. ſuppl alt p.* 33.

Rajus (pag. 1728.) Geniſtellam Montis ventoſi a Monſpeliacâ diſtinxit. Cupanus ſuam etiam à Monſpeliacâ ſeparat. Optimè videtur jungere utramque Bocconis (Rech. & Obſerv. p. 199.) Radix lignoſa, ex quâ caulis lignoſus & ramoſus. Caulis qui durus eſt, loco foliorum habet ſpinas pinnato-ramoſas. Rami floriferi, virides, ſtriati, hirſuti, molles. Folia alternè ſita, linearia, & ex eorum alis ramoſæ ſpinulæ inermes, cum foliolis ramulis ſuppoſitis. Ramorum in ſummitatibus, veluti in umbellâ, quatuor aut quinque flores

lutei magni, vexillo alis & carinâ quaſi æqualibus.

CYTISUS.

1. Cytiſus racemis erectis, calycibus bracteâ triplici auctis, foliis floralibus ſeſſilibus. *Spec. pl.* 739.

Cytiſus foliis ſeſſilibus, calycibus ſquamulâ triplici auctis. *Vir. Cliff.* 71.

Cytiſus glabris foliis, ſub-rotundis, pediculis breviſſimis. *C. B. Pin.* 390.

2. Cytiſus floribus ſub-ſeſſilibus, foliis tomentoſis, caulibus herbaceis. *Spec. pl.* 740.

Cytiſus acaulis, floribus ſolitariis, foliolis ſericeis, lanceolatis. *Saur. Monſp.* 191.

Cytiſus humilis, argenteus, anguſti folius. *Tourn. inſt.* 648.

Trifolium argentatum, floribus luteis. *J. B.* 2. 359.

Lotus fruticoſus, incanus, ſiliquoſus. *C. B. Pin.* 332.

Lotus aſperior fruticoſa, Lotus Narbonenſis incana. *Lob. Ic.* 41. *Obſ.* 500. *Dalech.* 510.

Locis

Locis aſperis & ſaxoſis creſcit.

Folia longè petiolata, ovata, viridia, ſubtus ſericea & nitentia. Caules multi flexuoſi & ramoſi, quos finiunt tres quatuorve flores, in unum capitulum congeſti. Flos pulcher luteus calyce amplior. Calix ex foliolis elliptico-acuminatis ſericeis. Siliqua longa, compreſſa, argenteo villo donata. Primus villum hunc argenteum adnotavit Linnæus. (*Spec. pl.* 741.)

Anonis.

1. Anonis legitima antiquorum. *Tourn. Cor. Till. Mich. H. Flor.*
Anonide Matthioli.

2. Anonis non ſpinoſa, trifolia, glabra, ſaxatilis, luteo-purpuraſcens. *Barrel. Obſ.* 834. *Ic.* 762.
E rupium fiſſuris.

Non ex Barrelieri icone, quæ perfecta non eſt, ſed ex Juſſiæi deſcriptione citatam ſtirpem agnovi. Sequentes adnotationes addo ad eam ulteriùs diſtinguendam.

Radix alba, non fibroſa, ex quâ

multi cauliculi digitales foliis undique tecti, rarò ramoſi. Folia ex anguſto oblongè elliptica, aut ovata, acutè ſerrata, nunc ſimplicia, nunc trifoliata, vaginâ antè caulem amplexante, & in duas capillares erectas abeunte lacinias. Flores luteo-purpuraſcentes calyce majores. Calix ex quinque foliolis longè ariſtatis. Fructus calyce brevior, durus, cylindricus, ferè cum ſpinulâ. Semina rotunda, reni-formia, luteo-obſcuri coloris.

Alias aliquot Anonides pulchras collegit Giudice in agro Nicæenſi; ſed ita perfecta exemplaria non ſunt, ut licuerit earumdem Hiſtoriam definire.

VICIA.

1. Vicia pedunculis multi-floris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis, pubeſcentibus, ſtipulis integris. *Lin. ſpec. pl.* 735

Vicia pedunculis multi-floris, ſtipulis utrinque acutis, integris. *Hort. Cliff.* 368.

Vicia foliis linearibus, hirſutis, ſiliquis ſub-hirſutis, racematim pendulis. *Hall. Helv.* 600.

Vicia multi-flora. *C. B. Pin.* 343.

In agris collium Nicæenſium.

2. Vicia ſiliquis hirſutis, pendulis, diſpermis. *Hall Helv* 601.

Vicia ſegetum, cum ſiliquis plurimis hirſutis. *C B. Pin* 345.

Cicer pedunculis multi-floris, ſeminibus globoſis. *Hort. Cliff.* 370.

Ervum pedunculis multi-floris, ſeminibus globoſis, binis. *Spec. pl.* 738.

In ſolo ſabuloſo.

Vicia leguminibus ſeſſilibus, reflexis, piloſis, pentaſpermis, corollæ vexillis villoſis *Spec. pl.* 737.

Pisum.

Piſum petiolis decurrentibus, membranaceis, diphillis, pedunculis uni-floris. *Hort. Cliff.* 370 *ſpec. pl.* 727.

Ochrus folio integro, capreolos emittente. *C. B. Pin.* 343.

Inter ſegetes.

LATHYRUS.

1. Lathyrus pedunculis uni-floris, cirrhis diphillis, leguminibus ovatis, compreſſis, dorſo canaliculatis. *Linn. ſpec. pl.* 730.
   Lathyrus pedunculis uni-floris, cirrhis diphillis, foliis lanceolato-linearibus, internodiis membranaceis. *Sauv. Monſp* 191.
   Lathyrus ſativus flore purpureo. *C. B. Pin.* 344.
2. Lathyrus pedunculis multi-floris, cirrhis diphillis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. *Hort. Cliff* 367. *ſpec pl.* 733.
   Lathyrus foliis binatis, ovatis, floribus racemoſis, lanceolatis. *Hall. Helv.* 597.
   Lathyrus lati-folius. *C. B. Pin* 344. *Garidel*, cum icone.
   Ad ſepes & in collibus.
3. Lathyrus pedunculis uni-floris cirrho terminatis, cirrhis diphillis, foliolis linearibus. *Spec. pl.* 731.
   Lathyrus pedunculis uni-floris, cirrhoſis, foliolis linearibus, ſeminibus angulatis. *Spec. pl.* 731.

Lathyrus pedunculis uni-floris, cirrhis diphillis, foliolis capillaceis. *Sauv. Monſp.* 193.

Lathyrus anguſtiſſimo folio, ſemine angaloſo. *Tourn. inſt.* 395.

4\. Lathyrus pedunculis uni-floris, cirrhis diphillis, foliolis ſetaceo-linearibus. *Spec. pl.* 731.

Lathyrus pedunculis uni-floris, cirrhis diphillis, foliolis linearibus, ſtipulis ſubulatis, caulibus nudis. *Sauv. Monſp.* 193.

Lathyrus folio tenuiore, floribus rubris. *J. B.* 2. 308. *Magn. Bot & H. Monſp. Tourn inſt.* 396. *Garidel.*

Lathyrus anguſtiſſimo folio, ſive capillaceo. *C. B. Pr.* 148.

Caules cubitales variè inflexi, duri, ſtriati, læves, nodoſi, nodis duas uncias & ultrà diſtantibus, minimè membranaceis. Ad nodos utrinque auricula ex duobus inæqualibus foliolis. Alæ minores infra demittuntur, majoribus ſurrectis. Linearis longitudinis petiolum nectit bina folia inæqualia, trium unciarum & ultra longitudinem metientia. Petiolum in tres cirrhos abit.

Unà cum petiolo folioſo oritur etiam tenuis pedunculus uncialis, ferens florem parvum (cæruleo-purpureum extitiſſe exiſtimo) quem ſequitur ſiliqua compreſſa uncialis elliptico-acuminata, cum ſpinula incurvâ reflexâ. Amplitudo ſiliquæ eſt quatuor unciarum. Semina continentur tria compreſſo-rotunda, obſcura. Siliqua hujus Lathyri optime *à J. Bauhino* exhibetur.

5 Lathyrus pedunculis multi-floris, cirrhis diphillis, foliolis lanceolatis, cirrhis ſimplicibus. *Hort. Cliff.* 367.

Lathyrus foliis binatis acutis, capreolo non ramoſo. *Hall Helv.* 597.

Lathyrus ſilveſtris luteus, foliis Viciæ. *C. B. Pin.* 344.

Secus prata, & loca humidiuſcula.

6. Lathyrus pedunculis uni-floris, cirrhis tetraphillis, ſtipulis dentatis. *Roy. Prodr. Leyd.* 363

Lathyrus pedunculis uni-floris, petiolis tetraphillis, ſtipulis ſetaceis, caule ancipiti. *Amæn. Acad.* 1. *p.* 366.

Clymenum Bitynicum, ſiliquâ

ſingulari, flore minore. *Boerh. Lugd. Bat.* 2. *p.* 43.

Hoc nomen tribuo Lathyro cuidam caules habenti angulatos, glabros, parùm firmos; folia ovata, aut lineari-lanceolata, ſœpè quatuor, interdum tria, quod in ſecundâ conjugatione alterum deſit. Stipulæ duæ quodammodo triangulares, amplæ, laciniato-dentatæ, cum additâ alâ inferius demiſsâ. Flos pedunculatus, pedunculo non longiore petiolo.

7. Lathyrus pedunculis uni-floris, cirrhis diphillis, foliis elliptico-acuminatis, caulibus utrinque membranaceis.

Novam exiſtimo Lathyri ſpeciem. Caules poſſidet ſtriatos, ferè triangulares, utrinque membranaceos. Folia glabra, ex ellipſi longiſſimè acuminata, quatuor unciarum longitudine cum latitudine duarum linearum, in aversâ facie nervoſo-ſtriata. Petiolum ſtriatum; cirrhi tres, interdum quinque, duobus pinnatis. Legumen ſecuri-forme, pedunculi longitudine. Siliquæ longitudo æquat uncias duas cum dimidiâ, & ultrà;

latitudo linearum quatuor. Quod ad florem ſpectat, in notis D. Giudice reperio fuiſſe luteo-pallidum.

Lotus.

1. Lotus capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis. *Spec. pl.* 775.
Lotus caule herbaceo, florum capitulo depreſſo, leguminibus decumbentibus, teretibus. *Hort. Cliff.* 372.
Lotus floribus umbellatis, ſiliquis pendulis, caule procumbente. *Hall. Helv. p.* 572
Lotus, ſive pentaphillos Melilotus minor, glabra. *C. B. Pin.* 332.
B. Lotus pentaphillos frutelcens, tenuiſſimis glabris foliis. *C. B. Pin.* 332.
Ad ſepes, & ſemitas.
2. Lotus leguminibus ſub-ſolitariis, gibbis incurvis. *Hort. Cliff.* 370. *ſpec. pl.* 774.
Lotus pentaphillos, ſiliquâ cornutâ. *C. B. Pin.* 332.
Trifolium, ſive Lotus hierazume, edulis, ſiliquoſa. *J. B.* 2. 365.

Locis incultis, & ſecus arva macilenta.

3. Lotus leguminibus ſub-quinatis, arcuatis, compreſſis, caulibus diffuſis. *Hort. Cliff.* 372. *ſpec. pl.* 775.
Lothus ſiliquis Ornithopodii. *C. B. Pin.* 332.
Lotus peculiaris, ſiliquis Ornithopodii. *Cam. Hort. Tab.* 25. optimè.
Secus arva.

4. Lotus capitulis hirſutis, caule erecto, hirto, leguminibus ovatis. *Hort. Upſ* 220. *ſpec. pl.* 775.
Lotus caule fruticoſo, florum capitulis depreſſis, calycibus lanigeris. *Hort. Cliff.* 372.
Lotus pentaphillos, ſiliquoſus, villoſus. *C. B. Pin.* 372.
Trifolium album, rectum, hirſutum valde. *J. B.* 2. 360.
Locis incultis oritur, præcipuè in ſilvis apricis.
Variat, foliis nunc hirſutis, nunc ſericeo-nitentibus. Capitula ſœpè ſex-flora. Siliquæ ovato-cylindricæ, glabræ, nigræ, cum ſpinulâ. Uniculares ſunt, cum interſepimentis includentibus ſemina quatuor rotun-

do reni-formia, ex viridi & nigro variegata.

5. Lotus capitulis ſub-globoſis, caule erecto, leguminibus rectis, glabris. *Hort. Upſ. 221. ſpec. pl. 775.*

Lotus caule fruticoſo, florum capitulis globoſis. *Hort. Cliff. 372*

Lotus villoſus altiſſimus, flore glomerato. *Tourn. inſt. 403.*

In pratis humidis.

Pedunculi & caulis rarâ araneoſâ lanugine ornantur. Folia ſunt ſubtiliſſimè villoſa. Siliquæ triginta uſque compreſſo-cylindricæ, cum ſpinulâ, continentes ſemen copioſum nigrum, minutum, rotundo-compreſſum.

Trigonella.

Trigonella leguminibus pedunculatis, congeſtis, erectis, rectis, parallelis, linearibus *Spec. pl. 777.*

Medicago leguminibus confertis, ſeſſilibus, erectis. *Roy. Prodr. Leyd. 382.*

Medicago leguminibus confertis, longis, rectis, parallelis, pedun-

culo communi. *Hort. Cliff* 376.
Fœnugræcum ſilveſtre alterum Polyceration. *C. B. Pin.* 348.
Secus arva macilenta.

Coronilla.

1. Coronilla fruticoſa, ſtipulis ſub-rotundis. *Spec. pl.* 742.
Coronilla fruticoſa, leguminibus teretibus, pedunculis multi-floris, caule fruticoſo. *Hort. Upſ* 234
Coronilla leguminibus teretibus, unguibus corollæ brevioribus, pinnis ad ſummum enneaphillis, foliolis ovaris. *Guett Obſ. 1. p.* 231.
Coronilla, ſive Colutea minima. *Tourn. inſt.* 650.
Polygala Valentina *Cluſ. Hiſt. 1. p.* 98.
Secus ſilvas, & in ſabuloſis Paillou.
2. Coronilla herbacea, leguminibus falcato-gladiatis. *Hort. Cliff.* 363. *ſpec. pl.* 743.
Securidaca. *Riv. T.* 83. *Hall. Helv. p.* 576.
Securidaca lutea major. *C. B. Pin.* 398.
Ad rupes collium Nicæenſium.

Scorpiurus.

Scorpiurus pedunculis ſub-quadrifloris, leguminibus extrorſum ſpinis confertis, acutis. *Spec. pl.* 745.

Scorpioides Bupleuri folio, corniculis aſperis, magis in ſe contortis, & convolutis. *Mor. Ox.* 2. *p.* 127. *Gårdel*, cum icone.

Ornithopus.

1. Ornithopus foliis pinnatis, leguminibus compreſſis, rugoſis. *Hort. Cliff.* 364. *ſpec. pl.* 744.

   Ornithopodium Scorpioides, ſiliquâ compreſsâ. *Tourn. inſt.* 400.

   In terrâ Puteolanâ delatâ ad portum Limpia *conſtruendum.*

2. Ornithopus, foliis ternatis ſub-ſeſſilibus, appendiculatis, impari maximo. *Hort. Cliff.* 1364 *ſpec. pl.* 744.

   Ornithopodium Portulacæ folio. *Tourn. inſt.* 400.

   Scorpioides Portulacæ folio. *C. B. Pin.* 287.

   Secus arva inculta, & ſqualida.

Hippocrepis.

1. Hippocrepis leguminibus pedunculatis, confertis, margine exteriore repandis. *Roy. Leyd. Prodr.* 384. *ſpec. pl.* 745.
   Hippocrepis leguminibus pedunculatis, confertis, margine exteriori lobatis. *Hort. Cliff.* 364.
   Ferrum equinum ſiliquis umbellatis, utrinque emarginatis. *Hall. Helv.* 573.
   Ferrum equinum Germanicum, ſiliquis in ſummitate. *C. B. Pin.* 346.
   In aridis collibus.
2. Hippocrepis leguminibus ſeſſilibus, ſolitariis. *Hort. Cliff.* 364 *ſpec. pl.* 744.
   Ferrum equinum ſiliquis ſolitariis utrinque exſciatis. *Hall Gott.* 265.
   Ferrum equinum ſiliquâ ſingulari. *C. B. Pin* 349 *Garidel*, cum icone.

Medicago.

1. Medicago pedunculis racemoſis, leguminibus contortis, caule erecto,

caule procumbente. *Hort. Cliff.* 375.

Melilotus capſulis reni-ſimilibus in capitulum congeſtis. *Tourn. inſt.*

Trifolium pratenſe luteum, capitulo breviore. *C. B. Pin.* 328.

Ad ſemitas, & in pratis ſiccis ubique.

4. Medicago pedunculis racemoſis, leguminibus cochleatis, ſpinoſis, caule procumbente, tomentoſo. *Hort. Cliff.* 378. *ſpec. pl.* 779.

Medica fruteſcens, incana, ſiliquis cochlearis. *Hall. Gott.* 277.

Medica marina. *Cluſ. Hiſt.* 2. p. 243. *Lob. Ic.* 38. *Tourn. inſt.* 410. *Garidel. Zannich. Iſt.*

Medica lutea Gnaphalitea noſtras, è littore Veneto. *Donati Tratt.* 63. benè.

Trifolium cochleatum maritimum, tomentoſum. *C. B. Pin. Magn. Bot.* 329. *& H. Monſp.*

In ſabuloſis, ad maris littus.

5. Medicago leguminibus ſolitariis, globoſis, breviſſime echinatis, ſtipulis ſerratis. *Sauv. Monſp.* 186.

Medica echinata hirſuta. *J. B.* 2. 386.

Digitized by Google

Trifolium echinatum arvenſe. *C. B. Pin.* 329.

Locis aridis, ad ſemitas.

6. Medicago leguminibus ſolitariis, cochleatis, compreſſis, planis, ſtipulis ciliatis, caule diffuſo. *Saur. Monſp.* 186.

Medica fructu orbiculato, compreſſo, plano. *Riv. T.* 88. *Hall. Gott.* 275.

Medica cochleata major dicarpos, capſulâ fructus compreſsâ, nigrâ, planâ, oris criſpis. *Mor. Ox.* 2. *p.* 152.

Medica orbiculata. *J. B.* 2. *p.* 384.

Trifolium cochleatum, ſive ſcutellatum, folio latiore, fructu minuto, obtuſo. *C. B. Pin.* 329. *Pr.* 140.

In vineis & arvis.

7. Medica cochleata major dicarpos, capſulâ rotundâ, globoſâ, ſcutellatâ. *Mor. Ox.* 2. 152. *T.* 15 *f.* 4.

Medica ſcutellata. *J. B.* 3. *p* 384. benè.

Trifolium cochleatum, fructu latiore *C. B. Pin.* 329.

Similibus locis.

8. Medica

8. Medica cochleata minor, polycarpos, annua, capſulâ majore albâ, folio cordato, maculâ fuſcâ. *Mor. Ox.* 2. *p.* 144 *T.* 15. *f.* 17.

Medica echinata glabra, cum & ſine maculis nigricantibus. *J. B.* 2. 385.

Medica Arabica. *Cam. Hort. Tab.* 27. optime.

Trifolium cochleatum, folio cordato, maculato. *C. B. Pin.* 329.

Iiſdem locis

9. An Medica polycarpos, folio obtuſo, crenato. *Tourn. inſt.* 411.

Trifolium cochleatum polycarpos, folio obtuſo, crenato. *C. B. Pin.* 329.

Iiſdem locis etiam reperitur.

In hàc virgæ ſtriatæ, cubitales, nodoſæ. Ad nodos ſingulos oriuntur ſimul folia, pedunculus & ramus. Folia longè petiolata, foliolis rotundo-ovatis, aliquando tantulùm emarginatis, obſcurè & obtusè denticulatis. Stipulæ, ſeu vaginæ multi-fidæ, & fimbriatæ. Flores lutei, quos ſequuntur ſiliquæ intortæ, glabræ, oris gyrotum breviter ſpino-

M

ſis, & multæ ſimul conglobatæ.

10. An Medica doliata ſpinoſa polycarpos. *Raji Hiſt.* 964.

Medica tornata, ſpinoſa. *Park. The.* 1116. cum fructûs icone.

Cauliculi tenues, palmares, procumbentes. Folia triangulari-cordata, ad baſim denticulata, emarginata, hilo à denticulo majori ſignato. Vaginæ tenuiter in capillamenta ſectæ. Flores lutei. Pedunculus petiolo brevior. Siliquæ unitæ tres. Spiræ tres, cum duplici ordine ſpinularum cum iiſdem ad angulos rectos coeuntium. Planta tota glabra eſt.

11. An Medica orbiculata elegans, orbiculis circum oras rugoſis. *Raji Hiſt.* 962.

Cauliculi tenues, hirſuti, ſtriati, palmares. Folia pro plantæ ratione ampla, inferiora ex acuto-cordata, ſuperiora ex acuto-ovata, denticulata, mollia, tenuiter piloſa. Stipulæ formâ trianguli rectanguli, latere majori dentato. Pedunculus videtur bi-florus extitiſſe. Fructus turbinatus. Gyri perfecti tres, cum duobus minoribus. Gyrorum coſta acuta eſt

& eminens, cum uno utrinque ſulco ſpinifero; ſed ſpinæ innoxiæ ſunt, eo quod coſtâ non ſint altiores, & eidem maximè hæreant. Quilibet nempe gyrus tres coſtas habet, unam intermediam altiorem, & utrinque unam humiliorem, quarum utraque ſpinifera eſt.

Medicas cochleatas penè omnes conjungit *Linnæus*, (V. Spec. pl. 775.) ſed mererentur, ut inquit *Hallerus*, (Gotting. *p.* 279.) propriæ diſputationi materiam præbere.

Astragalus.

1. Aſtragalus acaulis, ſcapo declinato longitudine foliorum, leguminibus ſubulatis, teretibus, ſub-arcuatis, glabris. *Linn. H. Upſ.* 227. *cum deſcr. ſpec. pl.* 762.

Aſtragalus Monſpeſſulanus. *J. B.* 3 *p.* 338

B. Aſtragalus Monſpeſſulanus flore albo. *Tourn. inſt.* 416.

In ſabuloſis fluminum Var & Paillou.

Foliis glabris, omnibus ovatis,

aut ovato-acutis, minimè emarginatis, & ſiliquâ magis arcuatâ differt ab Aſtragalo acauli foliis ovatis, emarginatis, ſiliquâ erectâ ſtyliferâ. *Hall. Helv.* 566.

2. Aſtragalus incanus, ſiliquâ incurvâ. *Magn. Bot. Monſp. p.* 33. cum icone non bonâ.

Onobrychis incana. *C. B. Pr.* 149. Ex loco natali, obſervante Magnolio.

Ad ſiccos colles & ſabuloſa torrentium frequens.

Radix ſquamis tecta, multiceps, ramoſa; ex his capitibus folia & ſcapi. Folia pinnata à 10. ad 18. paria, ex ovato aut rotundo-acuta, ſuprà pallentia, glabra, infrà ſericea. Scapi florigeri, foliis vix altiores. Flores octo, ſæpiùs in brevem racemum poſiti. Calix amplus, inflatus, cum quinque linearibus dentibus. Flos calyce duplò & ultrà longior, amplus. Vexillum carinâ longius, oris plicatis & reflexis, cœruleo-violaceis; flos reliquus autem albus fuiſſe videtur. Siliqua incurva; ſed maturam non vidi.

Pater, hunc Aſtragalum differre ab Aſtragalo annuo ſiliquis recurvis, *Segu. Veron. ſuppl. p.* 241. qui caulefcens planta eſt, ramoſa, foliis diverſis, floribus longè minoribus, &c. differens.

3. Aſtragalus caulefcens, procumbens, leguminibus ſabulatis, recurvatis, glabris. *Hort. Upſ.* 226.

Securidaca lutea minor, corniculis recurvis. *C. B. Pin.* 349.

Locis ſaxoſis collium Nicæenſium.

Folia cordato-triangularia; conjugationes ſœpiùs novem. Flores lutei, parvi. Siliqua ſimilis ſiliquæ Aſtragali Monſpeſſulani, ſed multò magis incurvata.

PELECINUS.

Pelecinus vulgaris. *Tourn. inſt.* 417.

Securidaca peregrina. *Cluſ. Hiſt.* 2. 238. benè.

Biſſerrula. *Hort. Cliff.* 361. *ſpec. pl.* 762.

Inter ſegetes, & in terrâ Puteolanâ.

CLASSIS X.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, *pentapetalo, regulari.*

PENTANTHERÆ *MONOSTYLÆ.*

TAMARISCUS.

TAMARISCUS Narbonenſis. *Lob. Ic.* 218.

Tamarix altera folio tenuiore, ſeu Gallica. *C. B. Pin.* 485.

Tamarix pedunculis nudis, floribus pentandris. *Hort. Upſ.* 69.

Tamarix floribus pentandris. *Hort. Cliff.* 111.

DISTYLÆ.

Eryngium.

1. Eryngium foliis radicalibus ſub-rotundis, plicatis, ſpinoſis, capitulis pedunculatis. *Hort. Cliff.* 87. *ſpec. pl.* 233.
   Eryngium maritimum. *C. B. Pin.* 386.
   Ad maris arenoſa.
2. Eryngium foliis radicalibus digitato-multi-fidis. *Spec. pl.* 233.
   Eryngium montanum amethyſtinum. *C. B. Pin* 386.
   In collibus Nicaenſibus.

TRISTYLÆ.

Cotinus.

Cotinus foliis obverſè ovatis. *Hort. Cliff.* 111,
Cotinus foliis ſimplicibus obovatis. *Spec. pl.* 267.
Cotinus coriaria. *Dod. Pempt.* 280.
In ſilvis & incultis ubique.

PENTASTYLÆ.

Limonium.

Limonium caule nudo, paniculato, foliis ſpathulatis, retuſis. *Sauv. Monſp.* 15. *Spec pl.* 275.

Limonium maritimum minus, foliolis cordatis. *C. B. Pin.* 192. *Prodr.* 9. *J. B.* 3. *App.* 877. *Park. The.* 234. *Raji Hiſt.* 395. *Till.*

Limonium minimum cordatum, ſeu folio retuſo. *Barrel ic* 805. *Obſ. p.* 66. non benè quòd ad caulem ſpectat.

Limonium minus perenne Bellidis folio, floribus cœruleis, calyce ſtellato. *Mich. H. Fl. & App.*

Rupes mari proximas inhabitat.

Radix lignoſa, rubra, craſſa, plumæ craſſitie, multiceps. Ad hæc capita foliorum roſulæ. Folia ex anguſto principio ſenſim in amplam rotundam formam amplificata, formâ nunc ovatâ integerrimâ, nunc cordata, cum hilo exciſo, quod frequentius. Viridia glabra ſunt, coſtâ ſub-

Digitized by Google

tus diſtincta, nec aſpera, nec bullata: ſumma foliorum longitudo pollicis unius cum dimidio, latitudo quatuor aut quinque linearum. Cauliculi inter folia naſcuntur, ſpithamæi, aut paulò altiores, virides, læves, nudi, maximè verſus ſummum ramoſi, ramis tortuoſis veluti nodoſis, & in cornicula circiter linearia abeuntibus. Hæc cornicula florigera ſunt. Flores purpureo-cœrulei, pentapetali, limbo cordato, qui calyce tubulato quinque-dentato excipiuntur. Calix albus eſt, angulis rubente lineâ ſignatis. Stamina quinque unguibus petalorum inſerta apices gerunt luteo-albeſcentes. Stamina unguium longitudine inæqualia, propterea quod duo ſint feriora. De fructu nil addere poſſum.

Limonium hoc differt à Limonio Siculo folio cordato, *Bocc. rar.* 25. folio minori, & breviori, tùm caule magis ramoſo, & a Limonio minori Bellidis folio, flagellis fœniculaceis, *Bocc. Muſ.* 2. 143. caulibus aphillis.

Ad hoc veriſimiliter ſpectant,

Limonium pumilum. *Cluſ. Hiſt.* 2. 82.

Limonium parvum, Bellidis minoris folio *C. B. Pin.* 192.

Statice foliis obverſè ovatis, caule nudo, ramoſo. *Sauv. Monſp.* 15.

Et Limonium Apulum maritimum, annuum, patulum, Bellidis folio, ramulis reflexis, floribus cœruleis. *D. Michelii Tilli piſ.*

Linum.

1. Linum calycibus foliiſque lanceolatis, ſtrictis, mucronatis, margine ſcabris. *Spec. pl.* 279.

Linum foliis aſperis, umbellatum, luteum. *Magn. Bot. Monſp.* 164.

Paſſerina Lobelii *J. B.* 3. *p.* 454.

Locis aridis.

2. Linum calycibus acutis, foliis lineari-lanceolatis, alternis, paniculæ pedunculis bi-floris. *Spec. pl.* 279.

Linum foliis lineari-lanceolatis, pedunculis bifidis, floribus luteis. *Sauv. Monſp.* 53.

Locis ſiccis, & ſtagnis exſiccatis.

3. Linum foliis cunei-formibus, cau-

libus arboreſcentibus. *Spec. pl.* 279.

Linum arboreſcens. *Alp. Exot.* 19.

4. Linum calycibus ovatis, acutis, muticis, foliis lanceolatis, inferioribus oppoſitis. *Spec. pl.* 280.

Linum caule ſimplici, ramis foliiſque inferioribus oppoſitis, lineari-lanceolatis. *Hort. Cliff.* 114.

Linum foliis ovatis, floribus racemoſis. *Guett. Obſ.* 2. *p.* 499.

Linum maritimum luteum. *C. B. Pin* 314.

Secus ſtagna marina.

OCTANTHERÆ.

Acer.

Acer foliis lobatis, obtuſis, emarginatis. *Spec. pl.* 1055.

Acer foliis tripartito-palmatis, laciniis utrinque emarginatis, obtuſis, cortice ſulcato. *Hort. Cliff.* 147.

Acer foliis ſemi-trilobis, lobis obtuſè inciſis. *Hall. Helv.* 212.

Acer campeſtre & minus. *C. B. Pin.* 431.

Ad radices collium, & ſilvarum ambitum.

DECANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

TRIBULUS.

Tribulus foliolis ſex-jugatis ſub-æqualibus. *Hort. Cliff.* 160.

Tribulus terreſtris Ciceris folio, fructu aculeato. *C. B. Pin.* 250. *ſpec. pl.* 387.

Tribulus terreſtris Ciceris folio, fructu aculeato. *C. B. Pin.* 250.

Secus arva.

AZEDARACH.

Azedarach. *Dod. Pempt.* 848. *Tourn. inſt.* 616.

Arbor Fraxini folio, flore cœruleo. *C. B. Pin.* 415.

Melia foliis decompoſitis. *Hort. Cliff.* 161.

Melia foliis bi-pinnatis. *Fl. Zeyl.* 160.

DISTYLÆ.

Tunica.

Tunica ſilveſtris vulgaris multi-flora. *Rupp. Jen.* 118.

Dianthus floribus ſub-aggregatis, ſquamis calycinis ovatis, ariſtatis, tubum ſub-æquantibus, foliis linearibus. *Hort. Upſ.* 105. *ſpec. pl.* 409.

Saponaria.

Saponaria calycibus cylindricis, villoſis, caulibus dichotomis, procumbentibus. *Spec. pl.* 409.

Saponaria humi fuſa, hirſuta, calyce tubuloſo. *Hall. Helv.* 378.

Lychnis, vel Ocymoides repens montanum. *C. B. Pin.* 206.

In ſilvis humidis maximè umbroſis, & à mari jam diſſitis.

Saxifraga.

Saxifraga foliis caulinis cunei-formibus, trifidis, alternis, caule erecto,

ramoſo. *Fl. Suec.* 353. *ſpec. pl.* 404.

Saxifraga foliis trifidis, baſi anguſtis, caule erecto. *Roy. Pr. Leyd.* 457.

Saxifraga foliis omnibus trilobis, baſi anguſtis, caule erecto. *Fl. Lapp.* 173.

Saxifraga foliis latè petiolatis, trifidis, ad caulem palmatis. *Hall. Helv. p.* 404. *Gott.* 137.

Saxifraga verna annua humilior. *Tourn. inſt.* 252.

Sedum tridactylites tectorum. *C. B. Pin.* 285.

Ubique locis aridis, & ad rupes.

TRISTYLÆ.

ALSINE.

1. Alſine pentaſtemon, petalis ſerratis, umbellifera. *Hall. Helv. p* 387.

Holoſteum. *Dill Nov. Gen. p.* 130.

Alſine verna, glabra, floribus umbellatis, albis. *Tourn. inſt.* 242.

Caryophillus arvenſis umbelliferus. *J. B.* 3. 361.

In arvis.

2. Alſine foliis verticillatis, petiolis ramoſis, petalis integris. *Hall. Helv. p.* 387. *Gotting.* 159.
   Alſine Spergula dicta major. *C. B. Pin.* 251.
   In arvis.
3. Alſine pentaſtemon, vaginis ad foliorum ortum ſqualentibus. *Hall. Helv.* 387.
   Alſine ſpergulæ facie, ſeu Spergula minor, ſub-cœruleo flore. *C. B. Pr.* 119.
   Arenaria foliis fili-formibus, ſtipulis membranaceis, vaginantibus. *Fl. Suec.* 376. *ſpec. pl.* 423.
   B. Alſine ſpergulæ facie mediâ. *C. B. Pin.* 251.
   Spergula marina noſtras. *J. B.* 3. 772.
   Ad muros, & aggeres; B. verò locis arenoſis & maximè exſuccis.
4. Alſine foliis faſciculatis, petiolis ſimplicibus, petalis integris. *Hall. Helv.* 388.
   Arenaria foliis ſetaceis, caule ſupernè nudiuſculo, calycibus ſub-hirſutis. *Spec. pl.* 424.
   Alſine ſaxatilis Laricis folio, ma-

jor, & majori flore. *Magn. Hort. Monſp.*

5. Alſine foliis lanceolatis, petalis integris, calycis magnitudine. *Hall. Helv.* 389.

Arenaria foliis ſub-ovatis, acutis, ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus. *Fl. Suec.* 373. *ſpec. pl.* 423.

Alſine minor multi-caulis. *C. B. Pin.* 251.

In vineis, & arvis incultis.

Lychnis.

Lychnis hirta minor, flore variegato. *Tournef. inſt.* 338.

Silene petalis integerrimis, ſubrotundis, fructibus erectis, alternis. *Hort Cliff.* 171. *ſpec. pl.* 416.

Silene ſpicâ incurvâ, uno verſu florida, foliis imis ſpatulatis. *Sauv. Monſp.* 146.

Secus arva.

PENTAST.

PENTASTYLÆ.

CORIARIA.

Coriaria foliis ovato-oblongis. *Hort. Upſ* 293. *ſpec. pl.* 1037.

Coriaria. *Hort. Cliff.* 462.

Coriaria vulgaris. *Niſ. Act. Gall.* 1711. *p.* 320 *Dill. Gen.* 159.

Rhus mirthi-folia Monſpeliaca. *C. B. Pin.* 414.

Ubique in collibus & ſilvis.

Vim ſingularem in hac herbâ producendi epilepſiam (*V. Linnæum, Hort. Uſp. p.* 299.) detexit illuſtris Medicus Sauvageſius, quocumque modo, & a quocumque animali aſſumeretur. Hujus interim viri obſervationi adverſantur experimenta à Xaverio Manetti habita, quibus conſtat a cane hujus herbæ ſuccum propinatum fuiſſe abſque ullo ſubſequente incommodo, (*Vir. Flor. p.* 20.) Hæc diverſitas tribuenda-ne eſt cœli varietati? Napelli folia apud nos venenatiſſima innocua in Laponiâ ſunt. *V. Linn. Fl. Lapp.*

POLYANTHERÆ
MONOSTYLÆ.
HELIANTHEMUM.

1. Helianthemum foliis ſub-hirſutis, omnibus longè ellipticis. *Hall. Helv.* 358.
Helianthemum vulgare, flore luteo. *J. B. 11. p.* 15.
Ciſtus ſtipulis quaternis, foliis oblongis, utrinque nudis, caule procumbente. *Hort. Cliff.* 206.
Ciſtus ſuffruticoſus, procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis, revolutis, ſub-piloſis. *Spec. pl.* 528.

2. Helianthemum foliis ad caulem ovalibus, inferioribus longè ellipticis. *Hall. Helv.* 359.
Chamoeciſtus Serpilli folio nigricante, & hirſuto, flore aureo & odorato. *J. B. 11. p.* 17.
Ciſtus ſuffruticoſus, ſtipulatus, foliis oblongis, calycibus lævibus. *Sauv. Monſp.* 148.

3. Helianthemum luteum, rugoſis foliis, Hiſpanicum. *Barrel. Obſ.* 520.

Chamaeciſtus luteus, toroſo folio, Hiſpanicus. *Barrel. Ic. 439. & Bocc. Muſ. p. 2. T. 74. ex Barreliero.*

Ad rupes, & arida loca Nicaenſis agri frequens eſt.

Plantae totius altitudo eſt ſeptem circiter pollicum Pariſienſium. Caulis ex radice ſtatim ramoſus, ramis multis erectis iterum ramoſis adſcendentibus, obſcuri coloris, lignoſis, cum rugis circularibus. Caulis & primi rami aphilli, in progreſſu densè folioſi. Folia primum oppoſita, dein alterna, & ſine ordine erecta, ramis approximata, & multa, in ſummis ramis rariora. Linearia ſunt, ſine acuto, quatuor aut quinque linearum longitudine, oris revolutis, ſæpè intorta. Ex alis in ſummis ramulis flores pauci, raro plures quaternario numero, ſingulares. Calix venoſus & nervoſus ſub-rubens. Nec incana, nec hirſuta hæc planta, ſed intensè viridis, habitu duro.

4. Helianthemum folio Thymi incano. *J. B. 2 p. 79. Raji Hiſt. 1016. Tourn. inſt. 249. Garidel.*

Digitized by Google

Chamoeciſtus tenui-folius Narbonenſis. *H. R. Par.*

Chamoeciſtus luteus Thymi folio polyanthes, ſeu major. *Barrel. Ic.* 443. ſat benè.

Helianthemum Thymi folio luteum majus. *Barrel. Obſ.* 517.

Varietas minor.

B. Chamoeciſtus luteus Thymi folio oliganthes, ſeu minor. *Barrel. Ic.* 444.

Helianthemum Thymi folio luteum minus. *Barrel. Obſ.* 518.

Ciſtus ſuffruticoſus, ſtipulatus, procumbens, foliis ovali-linearibus appoſitis, congeſtis. *Sauv. Monſp.* 148. *ſpec. pl.* 528.

Iiſdem locis copioſè.

Radix obſcuri-coloris, fibris aliquantulùm longis, fibroſa. Caulis erectus, ſpithamæus, valdè ramoſus, ramis ſine ordine tortuoſis, ſcaber, lignoſus, ſub-rubens, perennis, cum parvis foliolis faſciculatis alternis, ex quibus novi cauliculi pro ſequenti anno. Cauliculi, ſeu rami floriferi, digitalis, & paulo ultra, longitudinis, virides, hirſuti. Folia op-

poſita trium linearum intervallo, longè ovato-acuta, duas lineas longa, viridia, breviſſimè piloſa. Abeunt cauliculi in rarum florum racemum. Flores lutei, parvi, hirſuto-viridi calyce excepti. Folia novella leviùs hirſuta, & aliquandò glabra.

5\. An Helianthemum Maſſilienſe Coridis folio. *Tourn. inſt.* 520. *Garidel.*

Chamœciſtus Maſſilienſis, foliis Camphoratæ ſimilibus, & glabris. *Raji Hiſt.* 1016.

Similibus etiam locis reperitur.

Ignota admodùm planta; Rajus eam ſolus breviſſimè deſcripſit.

Caules habet valdè ramoſos, procumbentes, duriuſculos. In robuſtioribus & annoſis ramis folia faſciculatim poſita, glabra, ſed ſimilia Camphoratæ hirſutæ. In junioribus & floriferis ſine ordine ſunt, rarò faſciculata. Flores parvi, lutei, racematim in ſummis virgis, cum calyce glabro.

A Chamœciſto Erulæ folio luteo differt foliis primis, ut dixi, denſè faſciculatis, omnibus brevioribus, & florum ſitu.

Ciſtus.

1. Ciſtus arboreſcens, foliis oblongis, tomentoſis, incanis, ſeſſilibus, ſupra avenns, alis nudis. *Saur. Monſp.* 150. *ſpec. pl.* 524.

Ciſtus mas, folio oblongo incano. *C. B. Pin* 464.

Locis maxime aridis, & ad rupes maximè.

Caules rotundi, tomentoſi, pallidè rubentes. Folia ſeſſilia, ovato-acuminata, mollia, rugoſa, infrà venoſa. Flos amplus, pallidè roſeus.

2. Ciſtus arboreſcens foliis lanceolatis, ſeſſilibus, utrinque villoſis, trinervus, alis nudis. *Hort. Cliff.* 205. *ſpec. pl.* 524.

Ciſtus ladanifera Monſpelienſium. *C. B. Pin.* 467.

Iiſdem locis.

3. Ciſtus arboreſcens foliis ovatis, petiolatis, utrinque hirſutis, alis nudis. *Hort Cliff.* 205. *ſpec. pl.* 524.

Ciſtus fœmina folio Salviæ, flore Ochræ colore. *C. B. Pin.* 465.

Ciſtus fœmina Hiſpanica, flore luteo. *J. B.* 2. 4.

Frequens eſt etiam ſimilibus locis.

Prima folia mollia, obtuſiora, utrinque hirſuta; ſequentia rugoſa, & ſcabra anterius, poſticè breviter tomentoſa, omnia petiolata. Flores in agro Nicæenſi lutei, ſingulares, ex alis longè pedunculati.

Cerasus.

Ceraſus foliis ovatis. *Vir. Cliff.* 43.

Ceraſus foliis ovatis, crenatis. *Hort. Cliff.* 487.

Mahaleb. *Cam. Epit.* 91.

Prunus floribus corymboſis, foliis ovatis. *Spec. pl.* 474.

Myrthus.

Myrthus floribus ſolitariis, involucro diphillo. *Hort. Cliff.* 42. *ſpec. pl.* 471.

Myrthus communis Italica. *C. B. Pin.* 468.

B. Myrthus foliis minimis, & mucronatis. *C. B. Pin.* 469.

In ſilvis apricis maximè vulgaris.

TRISTYLÆ.

Hypericum.

1. Hypericum floribus trigyniis, caule ancipiti, foliis obtuſis, pellucido-punctatis. *Hort. Cliff.* 380. *ſpec. pl.* 785.

Hypericum glabrum, erectum, annuum, foliis punctatis. *Hal. Helv.* p. 360. *Goting.* 115.

Hypericum vulgare. *C. B. Pin.* 279.

2. Hypericum floribus trigyniis, caulibus ancipitibus, proſtratis. *Spec. pl.* 115.

Hypericum foliis ovatis, caulibus ſupinis. *Guett. Obſ* 2. *p.* 174.

Hypericum humi fuſum, foliis perforatis, punctis in margine nigris. *Hall. Helv.* 360.

Hypericum minus ſupinum, vel ſupinum glabrum. *C. B. Pin.* 279.

Ad rupes, & colles qui mari obvertuntur.

3. Hypericum floribus trigyniis, calycibus ſerrato-glanduloſis, foliis

ſub-verticillatis. *Spec. pl.* 787.

Hypericoides coris quorumdam. *J. B.* 3. 384.

In collibus maximè ſiccis.

4. Hypericum floribus trigyniis, calycibus ſerrato-glanduloſis, foliis ſubovatis, hirſutis *Spec. pl.* 786.

Hypericum ſupinum tomentoſum minus, & Monſpeliacum. *C. B. Pin* 279.

Ad fontes, rivulos, & aquæ ductus.

Androsæmum.

Androſæmum maximum fruteſcens. *C. B. Pin.* 280.

Hypericum floribus trigyniis, fructu baccato, foliis ovatis, pedunculo longioribus. *Hort. Cliff.* 380.

Hypericum floribus trigyniis, fructu baccato, caule fruticoſo ancipiti. *Hort. Upſ.* 237. *ſpec. pl.* 784.

Ad rivulos & loca humida.

Croton.

Croton foliis rhombèis, repandis, cap-

Digitized by Google

ſulis pendulis, caule herbaceo. *Hort. Upſ.* 290. *ſpec. pl.* 1004.

Croton foliis ovatis, plicatis, ſcabris, capſulis è pedunculo ramoſo pendulis *Roy. Leyd. Prodr.* 532.

Ricinoides, ex quo paratur Tourneſol Gallorum. *Tourn. inſt.* 655. *Niſſolii Act. Gall.* 1712. *p.* 35.

Copiosè in arvis incultis.

PENTASTYLÆ.

Mespilus.

Meſpilus ſpinoſa, foliis lanceolato-ovatis, crenatis, calycibus fructûs obtuſis. *Hort. Cliff.* 189. *ſpec. pl.* 474.

Meſpilus aculeata, Amygdali folio. *Tourn. inſt.* 642.

Oxyacantha Dioſcoridis, ſeu ſpina acuta Pyri folio. *C. B. Pin.* 454.

In colle quodam Nicaenſi occurrit D. Giudice.

CLASSIS XI.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, pentapetalo, irregulari.

DECANTHERÆ MONOSTYLÆ.

Papilionaceæ.

SPARTIUM.

1. Spartium ramis teretibus oppoſitis, apice floriferis, foliolis lanceolatis. *Hort. Cliff.* 356. *ſpec. pl.* 708.
   Geniſta juncea. *J. B.* 3. 195.
   Ubique locis aridis.
2. Spartium foliis ternatis, ramis angulatis, ſpinoſis. *Hort. Cliff.* 356. *ſpec. pl.* 709.
   Cytyſus ſpinoſus. *Fl. L. B.*

Aſpalathus ſecunda trifolia, quæ Acacia ſecunda, Matthiolo trifolia. J. B. 375.

Ubique locis incultis.

Anagyris.

Anagyris *Cluſ. Hiſt.* 1. *p.* 93.

Anagyris floribus lateralibus. *Roy. Leyd. Prodr.* 371.

Anagyris fœtida. *C. B. Pin* 391.

Abundè ad rupes præſidii Nicææ.

Psoralea.

Pſoralea foliis omnibus ternatis, pedunculis ſpicatis, folio longioribus. *Hort. Upſ.* 225. *ſpec. pl.* 763.

Pſoralea trifolia. *B. Juſſ. Act. Gall.* 1744.

Vulneraria foliis ternatis, floribus umbellatis. *Hall. Gott.* 261.

Trifolium capitulis ſub-rotundis, calycibus ventricoſis, caule arboreſcente. *Hort. Cliff.* 373.

Trifolium bitumen redolens. *C. B. Pin.* 327.

Ubique locis ſiccis.

NON PAPILIONACEÆ.

Geranium.

1. Geranium pedunculis bi-floris, calycibus piloſis decem angularis. *Spec. pl.* 681.

   Geranium pedunculis bi-floris, foliis quinque tripartitis, lobis pinnati-fidis, calycibus hirſutis. *Hort. Cliff.* 344.

   Geranium foliis piloſis tripartitis, lobis pinnatis, pinnulis dentatis. *Hall. Helv. p.* 369.

   Geranium Robertianum primum. *C. B. Pin.* 319.

   Ad ſemitas ubique.

2. Geranium pedunculis bi-floris, foliiſque rameis alternis, caule ramoſo, diffuſo, calycibus mutilis. *Spec. pl.* 682.

   Geranium pedunculis bi-floris, foliis quinque-partito-multi-fidis, rotundatis, laciniis obtuſiuſculis, capſulis hirtis. *Fl. Suec.* 577.

   Geranium pedunculis bi-floris, foliis ſparſis, reni-formibus, ſemi-

quinque-fidis, mollibus & latiſſimis. *Hall. Helv.* 366.

Geranium columbinum villoſum, petalis bi-fidis, purpureis. *Vaill. Pariſ. T.* 15. *F. B.*

Ad vias etiam frequens.

3. Geranium pedunculis bi-floris, foliis quinque-partito multi-fidis, angulatis, laciniis acutis, capſulis glabris, calycibus ariſtatis. *Flor. Suec.* 376. *ſpec. pl.* 682.

Geranium columbinum foliis diſſectis, pediculis florum longiſſimis. *Vaill. Pariſ. T.* 15. *F.* 4.

Geranium foliis ad nervum quinque-fidis, pediculo longiſſimo, caule proſtrato. *Hall. Helv.* 367.

Iiſdem locis.

4. Geranium pedunculis mulri-floris, calycibus pentaphillis, floribus pentandris, foliis cordatis, ſub-lobatis. *Hort. Cliff.* 344. *ſpec. pl* 680.

Geranium folio Altheæ. *C. B. Pin.* 318

Ibidem

5. Ger aniummoſchatum, pedunculis multi-floris, pinnis foliorum integris, circumciſis. *Hall. Helv.* 369.

Geranium procumbens, foliis pinnatis, pinnis inciſis, dentatis. *Hall. Gotting.* 140.

Geranium Cicutæ folio moſchatum. *C. B. Pin.* 319.

Ibidem.

6. Geranium pedunculis multi-floris, calycibus pentaphillis, floribus pentandris, foliis pinnatis, inciſis, obtuſis. *Hort. Cliff.* 334. *ſpec. pl.* 680.

Geranium Cicutæ folio minus, & ſupinum. *C. B. Pin.* 319.

Ibidem.

7. Geranium procumbens, pedunculis multi-floris, foliis pinnatis, pinnis ſemi-pinnatis, dentatis. (*Linn. H. Cliff. Hall. Helv.*) *Gotting.* 140.

Geranium Cicutæ folio majus inodorum. *C. B. Pin.* 315.

Ibidem.

8. Geranium Apulum alterum, odorum, Coriandri folio. *Col. p.* 1. 135.

Geranium Coriandri folio odorum. *C. B. Pin.* 319.

Iiſdem etiam locis.

Hoc Geranium diſtinguo *à Geranio Cretico, ſeu Cicutæ folio, acu lon-*

giſſimâ, *C. B.* Caules habet primùm pedales, ſtriato quadrangulos, rubentes, nodoſos. Folia pinnata, pinnis ſeptem, aut octo. Pinnæ ſat diſſitæ, iterum pinnatæ, pinnulis acutè & variè pinnato-dentatis. Poſtremæ ſunt confluentes. Pedunculi ex alis longiſſimi, ſemi-palmares, ſexflori. Calycis folia cum ſpinulâ, & in junioribus albeſcunt Fructus, ſeu acus, ſunt unciâ longiores. Planta tota pilis rigidiuſculis hiſpida eſt.

SILIQUASTRUM.

Siliquaſtrum. *Caſt Dur.* 415. *Tourn.* 674.

Arbor Judæ *Dod. Pempt* 786.

Cercis foliis cordato-orbiculatis, glabris. *Hort. Cliff.* 156.

Secus flumen le Var.

CLASS. XII.

CLASSIS XII.

PLANTÆ FLORE PERFECTO; pentapetalo, umbellato.

TORDYLUM.

TORDYLUM umbellis ſimplicibus, ſeſſilibus, feminibus exterioribus hiſpidis. *Spec. pl.* 240.

Caucalis umbellis ſeſſilibus, ſimplicibus. *Hort. Upſ.* 58.

Caucalis nodoſa, echinato ſemine. *C. B. Pin.* 153.

In arvis.

CRITHMUM.

Crithmum foliolis lanceolatis, carnoſis. *Hort. Cliff. ſpec. pl.* 246.

O

Google

Crithmum, ſeu fœniculum maritimum minus. *C. B. Pin.* 288.

Pimpinella.

Pimpinella foliis pinnatis, foliolis radicalibus ſub-rotundis, ſummis linearibus. *Spec. pl.* 263.

Pimpinella foliolis ſub-rotundis. *Fl. Suec.* 246.

Tragoſelinum, pinnis ſemi-bilobis, circùm ſerratis. *Hall. Helv.* p. 428.

Pimpinella ſaxifraga major. *C. B. Pin.* 160.

Oenanthe.

Oenanthe foliis radicalibus ovatis, inciſis, caulinis integris, linearibus, longiſſimis, ſimplicioribus. *Hort. Cliff* 55. *ſpec. pl* 255.

Oenanthe Apii folio. *C. B. Pin.* 162.

Ad foſſam prati cujuſdam reperta à D. Giudice.

Libanotis.

Libanotis pinnulis circa coſtam decuſſatis. *Hall. Helv.* 451.

Daucus montanus Apii folio. *C. B. Pin.* 77

Athamanta foliis bi-pinnatis, planis, umbella hæmiſphœricâ, feminibus hirſutis. *Fl. Suec.* 226. *ſpec. pl.* 244.

Laserpitium.

Laſerpitium foliolis cunei-formibus; furcatis. *Spec. pl* 248.

Laſerpitium foliolis ramuloſis ſeſſilibus. *Roy. Leyd. Prodr.* 101

Laſerpitium foliolis quinque-lobis. *Hort. Cliff.* 96.

Laſerpitium Gallicum. *C. B. Pin.* 156.

Creſcit locis ſiccis prope mare, & torrentem Paillou, *nec-non ſecus viam inter* Tende, *&* l'Eſcarene.

Royenus L. C. plures hujus plantæ varietates, pro diſtinctis ſpeciebus habitas, diligenter enumerat;

plures & ipſe poſſideo certo varietates, eo quod eodem ex loco diverſa iſta ſpecimina eruta ſint.

BUPLEURUM.

1. Bupleurum involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Hort. Upſ.* 134 *ſpec. pl.* 236.
   Bupleurum foliis ovatis, perfoliatis. *Hort. Cliff.* 104.
   Perfoliata vulgatiſſima arvenſis. *C. B. Pin.* 277.
   Inter ſegetes
2. Bupleurum involucellis pentaphillis, acutis, univerſali diphillo, foliis lanceolatis, petiolatis, obtuſis, *Spec. pl.* 237.
   Bupleurum foliis radicalibus pedunculatis, ſummo ſub-rotundo, caulinis linearibus, ſeſſilibus. *Guett. Obſ.* 59.
   Bupleurum foliis petiolatis, falcato-ellipticis, acutis. *Hall. Helv.* 439.
   Bupleurum folio ſub-rotundo, ſive vulgatiſſimum. *C. B. Pin.* 278.
   Ad ſepes abundè.

3. Bupleurum involucellis pentaphillis, acutis, univerſali triphillo, floſculo centrali altiore, ramis divaricatis. *Spec. pl.* 237.

Bupleurum foliis gramineis, calyce peculiari quinque-fido, ariſtato, rigido. *Hall. Helv.* 438.

Perfoliatum anguſti-folium montanum. *Col. Ecphr. p.* 247. optimè.

Perfoliata minima Bupleuri folio. *Col. Ecphr. p. 84.*

Frequens ad rupes, & colles Nicæenſes; & in vineis Soſpitelienſibus etiam advenentur.

4. Bupleurum umbellis ſimplicibus, alternis, pentaphillis, ſub-trifloris. *Spec. pl.* 238.

Bupleurum gramineo folio, umbellis & calyculis omnium minimis. *Hall. Helv.* 438.

Bupleurum foliis linearibus, acutis, ſeſſilibus. *Hort. Cliff.* 104.

Bupleurum anguſtiſſimo folio. *C. B. Pin.* 278.

Bupleurum tertium minimum. *Col. Ecphr. p. 85. Ic. p.* 247.

Ibidem.

Digitized by Google

5. Bupleurum annuum anguſti-folium. *Magn. Bot. Monſp.* 42

Bupleurum anguſti-folium. *Dod. Pempt.* 633.

In vineis Nicæenſibus & Soſpitelienſibus.

A reliquis Bupleuri ſpeciebus reapſe differt. Cauliculos habet ſtriatos, læves, flexuoſos, fili-formes, erectos ab uno ad duos palmos, & ultrà. Folia omnia linearia, ſenſim acuminata, veluti in ſpinam abeuntia, erecta. Per dichotomiam ramoſa eſt; & ramos finiunt umbellulæ. Involucrum univerſale ex duobus, tribus, aut quatuor acutis foliolis inæqualibus, prout adſunt duo, tres, aut quatuor radii. Umbella partialis, ex quatuor acutis foliolis: ſemina autem ſunt ſæpius quatuor, binata, nigra, ſtriata, magna, multo majora quàm ſemen exhibitum à Moriſono, *Umb. Tab.* 1. 77. Noſtri Bupleuri figura à Dodonæo exhibita commoda ſatis eſt.

Nuperrimè ab amico viro Joh. Franciſco Seguierio Bupleuri hujus

Digitized by Google

perfecto, pentapetalo, umbellato. 193
ſpecimen accepi lectum in montibus Gebennis; & ad memoratum Magnolii Bupleurum ab hoc præſtanti viro reducitur.

Echinophora.

Echinophora foliolis ſubulato-ſpinoſis, integerrimis. *Spec. pl.* 239.
Echinophora foliis decompoſitis. *Vachend. Ultr.* 200.
Caucalis caule lignoſo, foliolis ſubulato-ſpinoſis, integerrimis. *Roy. Leyd. Prodr.* 96.
Crithmum maritimum ſpinoſum. *C. B. Pin.* 288.
Paſtinaca marina. *Lob. Ic.* 710. *Don. Tratt.* 69. optimè.
In ſabuloſis, ad maris littus.

Coriandrum.

Coriandrum fructibus didymis. *Hort. Cliff.* 100. *ſpec. pl.* 256.
Coriandrum minus teſticulatum. *C. B. Pin.* 158.
Coriandrum minus odorum. *J. B.* 3. *p.* 291. benè.

O iiij

Coriandrum alterum minus odorum. *Lob. Obſ.* 404.

Pinnulæ foliorum anguſtiores, quàm in ſativo, & magis divaricatæ, lineares. Semen magnum ex duobus rotundis coalitis, cum quâdam loco conjunctionis elevatione & productione.

Ad murum horti cujuſdam D. Giudice *collegit.*

Ammi.

Ammi foliorum omnium lacinulis lanceolatis. *Guett. Obſ.* 2. *p.* 453.

Daucus petræus glauci-folius. *J.B.* 3. *p.* 58.

CLASSIS XIII.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, *Hexapetalo.*

DIANTHERÆ.

HELLEBORINE.

HELLEBORINE radicibus conicis, ſimplicibus. *Hall. Helv.* 275.

Orchiaſtrum Autumnale pratenſe, album, odoratum. *Mich. Gen.* 26.

Orchis ſpiralis alba, odorata. *J. B.* II. *p.* 769.

In herbidis umbroſis agri Nicaenſis.

HEXANTHERÆ
MONOSTYLÆ.

SCILLA.

Scilla radice tunicatâ. *Hort. Cliff.* 123. *ſpec. pl.* 308.

Scilla vulgaris, radice rubrâ. *C. B. Pin.* 73.

B. Scilla radice albâ. *C. B. Pin.* 73.

Ad maris littus arenoſa & rupes inhabitat.

APHILLANTES.

Aphillantes. *Hort. Cliff.* 493.

Aphillantes Monſpelienſium. *Lob. adv.* 190.

Caryophillus cœruleus Monſpelienſium. *C. B. Pin* 209.

Locis incultis, ſed in ſolo non arenoſo.

Asparagus.

Aſparagus caule inermi, fruticoſo, foliis aci-formibus, perennantibus, mucronatis, ternis, æqualibus. *Spec. pl.* 314.

Aſparagus foliis aci-formibus, pungentibus, caule fruticoſo, inermi. *Sauv. Monſp.* 45.

Aſparagus foliis acutis. *C. B. Pin.* 490.

Corruda prior. *Cluſii Hiſt.* 2. 147. benè.

Ubique in ſilvis apricis, & collibus incultis.

TRISTYLÆ.

Smilax.

1. Smilax caule aculeato-angulato, foliis dentato-aculeatis, cordatis. *Spec. pl.* 1028.

Smilax caule aculeato-angulato, foliis cordato-oblongis, acutis, aculeatis. *Hort. Cliff.* 458.

Smilax aſpera, fructu rubente. *C. B. Pin.* 296

2. An Smilax aſpera Thamni folio minus aculeato, fructu rotundo, rubro. *Till. Piſ. & Mich. Hort. Flor.*

In hàc folia cordato-acuminata, maculata, papyracea, lætè, non obſcure virentia, ampliora quàm in Smilace aſperâ ſuperiori. Sarmenta aculeata, ſed folia molliſſimis ſpinis prædita. Hæc videtur magis capreolata.

Utraque abundè ubique.

POLYANTHERÆ

MONOSTYLÆ.

SALICARIA.

1. Salicaria vulgaris purpurea, foliis oblongis. *Tourn. inſt.* 253.

Lythrum foliis oppoſitis, cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis, dodecandris. *Spec. pl.* 446.

Lythrum foliis oppoſitis. *Hort. Cliff.* 178.

Lythrum floribus verticillatis. *Fl. Lapp.* 197.

Lythrum foliis alternis, linearibus, floribus hexandris. *Hort. Upſ.* 118. *ſpec. pl.* 447.

Lythrum foliis alternis. *Hort. Cliff.* 178.

2. Salicaria Hiſſopi folio latiore. *Tourn. inſt.* 253. *Rupp. Jen. p.* 147. cum icone & deſcript.

In humidis, & ſabuloſis potiſſimùm Paillou.

Lythrum foliis alternis, linearibus, floribus tetrapetalis. *Spec. pl.* 447.

Lythrum foliis linearibus. *Sauv. Monſp.* 49.

3. Salicaria minima tenui-folia. *Tourn. inſt.* 254.

TRISTYLÆ.

Sesamoides.

Seſamoides fructu ſtellato. *Tourn. inſt.* 424.

Reſeda foliis lanceolatis, integris, fructibus ſtellatis. *Spec. pl.* 449.

DELPHINIUM.

Delphinium nectariis diphillis, floribus ſolitariis, foliis multi-partitis, foliolis lineari-acuminatis.

Planta eſt cubitum alta, circa medium ramoſa, ramis erectis. Caulis uſque ad ramorum ortum foliis aſcendentibus denſè ſtipatur. Folia tripartita ſunt, foliolis profunde & variè ſectis, nunc trifidis, nunc bifidis. Lobi foliolorum ſunt lineari-acuminati. Folia axillaria ramorum ſunt tripartita, in ramis verò ſimplicia. Flores longè & rarò in ramis ſpicati, parvi, cœrulei *Conſolidæ regali lati-foliæ parvo flore*, *C. B. Pin.* 74. conſimilis eſt; ſed differt foliolis linearibus, acutis, foliis profundius ſectis, denſè poſitis, & cum caule aſcendentibus.

Delphinium hoc reperit D. Giudice *in terrâ Puteolanâ.*

POLYSTYLÆ.

Pulsatilla.

Pulſatilla foliis digitatis. *Hort. Cliff.* 224.

Anemone foliis digitatis. *Spec. pl.* 540.

Anemone Geranii rotundo folio, purpuraſcens. *C. B. Pin.* 173.

CLASSIS XIV.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, polypetalo.

POLIANTHERÆ
POLYSTYLÆ.

ADONIS.

ADONIS floribus octopetalis, fructibus cylindricis. *Hort. Upſ.* 156 *ſpec. pl.* 547.

Adonis radice annuâ. *Hort. Cliff.* 321.

Adonis ſilveſtris, flore Phœniceo. *C. B. Pin.* 178.

CLASS. XV.

CLASSIS XV.

PLANTÆ FLORE PERFECTO, *apetalo.*

TRIANTHERÆ *MONOSTYLÆ.*

POLYENEMUM.

POLYENEMUM. *Sauv. Monſp.* 46.

Salſola caule repente, foliis & ſtipulis ſeſſilibus, ſubulatis, cartilagineis. *Dalib. Pariſ.* 80.

Chenopodium foliis ſubulatis, priſmaticis, floribus ſolitariis, ſeſſilibus, axillaribus *Guett. Obſ.* 14.

Camphorata vaginis ſpinoſis. *Hall. Helv.* 183.

Chenopodium annuum humi fuſum,

folio breviori & capillaceo. *Tourn. inſt.* 506.

Ad vias ubique.

TRIANTHERÆ
TRISTYLÆ.

JUNIPERUS.

